GEN

ALLEN COUNTY PUBLIC LIBRARY
3 1833 02264 0251

GENEALOGY
942.009
C164C
v.5
Pt.2

Catholic Church. Diocese of
Hereford (England) Bishop
Registrum Ade de Orleton

PART XV. SEPTEMBER, 1908.

The

Canterbury and York Society.

DIŒCESIS HEREFORDENSIS,

REGISTRUM ADE DE ORLETON,

PARS SECUNDA.

LONDON: ISSUED FOR THE SOCIETY AT 124, CHANCERY LANE.

Allen County Public Library
900 Webster Street
PO Box 2270
Fort Wayne, IN 46801-2270

NOTE.

IT may be interesting to record what we have accomplished so far in printing Episcopal Registers. Our work amounts to Fifteen Parts, distributed as follows:—

Lincoln—Hugh de Welles: Parts I, II, III, VI, VIII, X, XIII.
Carlisle—John de Halton: Part VII.
Canterbury—Parker: Part XI.
Canterbury—Pecham: Part XIV.
Hereford—Cantilupe: Parts IV, V, IX.
Hereford—Orleton: Parts XII, XV.

So far as can be forecasted, early Parts will be: Conclusion of H. de Welles and beginning of Grosseteste; Carlisle, continued; Parker, Pecham, Grosseteste, all continued; Swinfield of Hereford, the beginning.

An early Rochester Register has found an editor in Mr. C. Johnson, M.A., and negotiations are in progress for printing a later Lincoln, and also a sixteenth century London, Register, but they are not sufficiently matured for a definite announcement to be made.

The General Editor has been asked to prepare a list of those Episcopal Registers which have been printed, either in full or in extract, by local Antiquarian Societies, in Diocesan Magazines, etc. He has made some progress with such a list, but he would be very glad if members having knowledge of any work having been done in this connection would tell him about it, in order that his list may be as complete and useful as possible.

F. N. D.

V. 2

A.D. 1320. *Oct. 6.—Licence to the Vicar of Tarrington that he may receive the portion of the Prior of Monmouth in that benefice for five years.*

Fol. 40b. Licencia concessa vicario de Tatyntone ad recipiendum fructus ejusdem ecclesie ad firmam.—Adam, etc., dilecto in Christo filio, domino Ricardo, perpetuo vicario de Tatyntone nostre diocesis, salutem, etc. Ut porcionem Prioris Monemuthe de Tatyntone per quinquennium a data harum litterarum nostrarum continue numerandum licite possis ad firmam recipere tibi tenore presencium licenciam concedimus specialem. In cujus rei, etc. Datum apud Bosebury, vj° die mensis Octobris, anno Domini M°CCC°xx°, etc.

Oct. 6.—The Bishop commissions Thomas de Chandos, Archdeacon of Hereford, Richard de Vernon, the Official, and Richard de Sidenhale, Commissary-general, to try the action of Philip de la Munede against Richard de Henley, concerning the benefice of Acton Scott.

Commissio contra Rectorem ecclesie de Acton Scot.—Adam, etc., discretis viris filiisque in Christo dilectis, magistris Thome de Chaundos, Archidiacono nostre ecclesie Herefordensis, Ricardo de Vernoun, canonico Herefordensi et Officiali nostro, Ricardo de Sydenhale in nostri officialis absencia commissario nostro generali, salutem in omnium Salvatore. In causa destitucionis et institucionis que coram nobis seu nostro vicario vertitur inter Philippum de la Munede ad ecclesiam de Acton Schot nostre diocesis presentatum, actorem ex parte una, et Ricardum de Henneleye possessioni dicte ecclesie incumbentem, reum ex altera, conjunctim et divisim vices nostras committimus cum canonice coercicionis potestate, donec eas duxerimus revocandas. Datum apud Sugwas, vj° die Octobris, anno predicto.

Oct. 13.—The Bishop instructs the Official to release the sequestration of the Church of Kington.

Relaxacio sequestri interpositi in fructibus ecclesie de Kyngtone.—Adam, etc. dilecto in Christo filio, Officiali suo, salutem, etc. Quia sequestrum, quod in fructibus ecclesie de Kyngtone nostre diocesis ex certis causis mandavimus imponi, duximus relaxandum, vobis mandamus quatinus illud pro relaxato habentes, Rectorem ejusdem et suos ministros de fructibus ipsis

A.D. 1320. disponere libere permittatis. Datum Londoniis, xiij° die Octobris, anno Domini M°CCC°xx°, etc.

Oct. 16.—The Bishop, wishing to obtain the Royal acknowledgement of the £300 lent to the King from the tenth collected in the Diocese, asks the Dean and Chapter to send to him, in London, the receipt[1] *which they hold for the money paid over to Bartholomew de Badlesmere.*

Littere directe Capitulo Herefordensi pro Abbate et Conventu de Wiggemore collectoribus decime.—Adam, etc., venerabilibus viris, filiis in Christo dilectis, Capitulo nostre Herefordensis ecclesie, salutem, etc. Cum collectores decime sexannalis, olim per felicis recordacionis Clementem Papam V imposite, juxta domini nunc Pontificis Summi mandatum artentur recipere litteras obligatorias domini Regis de pecunia decimali primi anni ejusdem decime eidem ex causa et nomine mutui liberata, ac dilecti filii, Abbas et Conventus de Wiggemore, collectores ejusdem decime in Archidiaconatu Salopsire deputati, pecuniam per ipsos inde collectam hiis persolverint, quibus ipsam dominus Rex per suum breve assignavit, nec adhuc hujusmodi litteras obligatorias receperint, prout per dilectum filium, Walterum de Pencombe, Rectorem ecclesie de Biford, procuratorem eorum, datum est nobis intelligi, ad quarum impetracionem necessarie forent littere regie quas habetis de CCC li. per dominum Bartholomeum de Badlesmere de decima
Fol. 41. predicta receptis, et acquietancie domini R. Mortuomari de hujusmodi pecunia decimali, vos rogamus ut ipsas litteras, acquietancias, et dictum breve regium, et alias evidencias dicte pecunie solucionem testificantes mittatis celeriter nobis Londonias in pixide sub sigillo per latorem presencium, de quo satis confidere poteritis, vel per aliquem de vestris, in domini Regis scaccario ostendendas, et vobis per ipsum per curiam secure et fideliter vel per aliquem de nostris retradendas. Vos eciam tenemeni pro vobis hujusmodi litteras regias impetrare ad Apostolicam Sedem mittendas nisi prius eas vobis fieri procurastis. Semper in Christo feliciter valeatis. Datum Londoniis, xvj° die Octobris, anno predicto.

1—This receipt, apparently, is the one in the Patent Rolls, under date Feb. 3, 1318. The King undertakes to repay the loan in five years. On May 4, of the same year, Edward borrows from them another £80.

A.D. 1320. *Oct. 17.—Royal Brief instructing the Sheriff of Herefordshire to forego his claim upon the Bishop for scutage and knight-service alleged to have been due to King Edward I from Bishop Swinfield.*

Breve directum . . Vicecomiti Herefordensi pro Episcopo contra demandam factam scutagio et feodis non recognitis.—Rex Vicecomiti Herefordensi salutem. Pone in respectum usque super compotum tuum proximum ad scaccarium nostrum demandam quam facis per summonitores ejusdem scaccarii nostri venerabili patri A., Episcopo Herefordensi, de xxx libris de scutagio Wallie de anno regni domini E., quondam regis Anglie, patris nostri quinto, et de xxx libris de consimili scutagio de anno regni ejusdem patris nostri decimo, et de xiiij libris de feodis non recognitis, et districcionem, siquam ea accione feceris interim eidem. Teste W. de Norwyco apud Westmonasterium, xvij° die Octobris, anno regni nostri quartodecimo, per duo brevia de magno sigillo inter communia de anno xxvj Regis E., patris Regis nunc, in quibus continetur quod Thomas, tunc Herefordensis Episcopus, fecit servicium suum eidem Regi E. patri pro quinque feodis militum, que eidem Regi E. in utroque exercitu Wallie recognovit, et per Barones quo ad respectum xiiij librarum predictarum de feodis non recognitis.

Sept. 2.—The Bishop appoints Richard Berde, of Ledbury, to the office of notary public. The form of oath to be taken on appointment is given in full.

Officium tabellionatus collatum Ricardo Berde de Ledebury.—Adam, etc., dilecto in Christo filio, Ricardo dicto Berde de Ledebury, nostre diocesis, clerico, salutem, etc. Litteras sanctissimi patris in Christo, domini Johannis, divina providencia Pape vicesimi secundi, vera bulla plumbea cum filo canapis more Romane Curie bullatas, non cancellatas, non abrasas, non abolitas, nec in aliqua sui parte viciatas sed omni suspicione carentes recepimus in hec verba:—Johannes Episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Ade, Episcopo Herefordensi, salutem et apostolicam benediccionem. Ne contractuum memoria deperiret inventum est tabellionatus officium, quo contractus legitimi ad cautelam presencium et memoriam futurorum manu publica notarentur; unde interdum Sedes Apostolica predictum officium personis que ad ipsum reperiunter ydonee concedere consuevit, ut illud prudenter et fideliter

A.D. 1320. exequantur, et ad eas, cum expedit, in hiis que ad officium ipsum pertinent recurratur. Tuis itaque supplicacionibus inclinati concedendi predictum officium duabus personis quas ad illud post diligentem examinacionem ydoneas esse repereris, prius ab eis juramento juxta formam presentibus annotatam recepto, plenam tibi auctoritate presencium concedimus facultatem. Forma autem juramenti quod quelibet personarum ipsarum prestabit talis est, Ego . . . juro quod ab hac hora fidelis ero beato Petro, et sancte Romane ecclesie, ac domino meo, domino Johanni Pape vicesimo secundo, et successoribus ejus canonice intrantibus. Non ero in consilio vel auxilio, consensu vel facto, ut vitam perdant aut membrum, vel capiantur mala captione. Consilium quod michi per se vel litteras aut nuncium manifestabunt ad eorum dampnum scienter nemini pandam. Si vero ad meam noticiam aliquid devenire contingat quod in periculum Romani Pontificis aut ecclesie Romane vergeret seu grave dampnum, illud pro posse impediam, et, si hoc impedire non possem, procurabo bona fide id ad noticiam
Fol. 41b. domini Pape proferri. Papatum Romane ecclesie aut regalia sancti Petri et jura ipsius ecclesie specialiter, si qua eadem ecclesia in civitate vel terra de qua sum oriundus habeat, adjutor eis ero ad defendendum vel retinendum seu recuperandum contra omnes homines. Tabellionatus officium fideliter exercebo; contractus in quibus exigitur consensus parcium fideliter faciam, nil addendo vel minuendo sine voluntate parcium quod substanciam contractus immutet. Si vero in conficiendo aliquod instrumentum unius solius partis sit requirenda voluntas, hoc ipsum faciam ut scilicet nil addam vel minuam quod immutet substanciam facti contra voluntatem ipsius. Instrumentum non conficiam de aliquo contractu in quo sciam intervenire vel intercedere vim vel fraudem; contractus in prothocollum redigam, et, postquam in prothocollum redegero, maliciose non differam, contra voluntatem illorum vel illius quorum est contractus, super eo conficere publicum instrumentum, salvo meo justo et consueto salario. Sic me Deus adjuvet, et hec sancta Dei Evangelia. Datum Avinione, xviij° Kalend. Februarii, Pontificatus nostri anno iiij^to^. Nos igitur facultatem nobis in hac parte graciose concessam exequi volentes, tibi quem ad hujusmodi tabellionatus officium post diligentem examinacionem ydoneum esse reperimus loco primi predictum tabellionatus officium optinentis, recepto a te prius in forma annotata superius juramento, auctoritate apostolica duximus con-

A.D. 1320. cedendum. In cujus rei testimonium presentes litteras per infrascriptum notarium scribi mandavimus, et in hanc publicam formam redigi, et nostri sigilli munimine roborari. Datum apud Bosebury, secunda die mensis Septembris, anno Domini MCCC°xx°, etc. Et ego Ricardus de Estenore, clericus Herefordensis diocesis, publicus apostolica auctoritate notarius, examinacioni, concessioni, juramenti recepcioni predictis, unacum domino Ada de Aylinetone, Rectore ecclesie de Mordeford, Herefordensis diocesis, Reginaldo de Munselowe, clerico, notario publico, et Henrico dicto clerico de Hereforde, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis, presens interfui, predictaque sicut premittitur vidi fieri et audivi, et ea de mandato dicti patris in hanc publicam formam redegi, signoque meo consueto signavi rogatus in testimonium premissorum. Datum loco, die, et anno Domini supradictis, indiccione tercia, Pontificatus sanctissimi patris Domini Pape predicti anno quinto.

Oct. 17.—Royal Brief instructing the Sheriff of Herefordshire to take pledges from the Bishop that he will bring Hugh de Leominster, his clerk, to answer to a claim of Edward, Earl of Chester, for £89 9s. 7d.

Breve directum Vicecomiti Herefordensi contra Hugonem de Leominstre.—Rex Vicecomiti Herefordensi salutem. Pone per vadium et salvos plegios Adam, Episcopum Herefordensem, ita quod habeat coram Justiciariis nostris apud Westmonasterium a die sancti Martini in xv dies Hugonem de Leominstria, clericum suum, ad respondendum Edwardo, comiti Cestrie, de placito quod reddat ei quater viginti et novem libras novem solidos et septem denarios, quos ei debet, et injuste detinet, ut dicit: et ad ostendendum quare non habuit coram Justiciariis nostris apud Westmonasterium in Octabis sancti Michaelis predictum Hugonem, clericum suum, sicut ei mandatum fuit. Et habeas ibi nomina plegiorum et hoc breve. Teste W. de Bereford apud Westmonasterium, xvij° die Octobris, anno regni nostri quartodecimo.

Oct. 28.—[Roger de Mortivallis] Bishop of Salisbury, instructs the Official of the Archdeacon of Berkshire to inquire concerning the income of the Church of Shinfield.

Commissio Episcopi Sarisburiensis tangens ecclesiam de Schenyngfelde.—Episcopus Sarisburiensis dilecto filio, Archi-

A.D. 1320. diaconi Barkerie officiali, salutem, etc. Volentes certis de causis de vero valore annis communibus omnium minutarum decimarum ecclesie de Schenyngfeld et capelle de Swalwefeld dependentis ab eadem, nostre diocesis, plenius informari, devocioni vestre committimus et mandamus quatenus cum festinacione possibili, inquisita super hoc per viros fidedignos et juratos, inquirendorum noticiam verisimiliter optinentes, diligencius veritate, quid feceritis et inveneritis in hac parte per vestras litteras harum seriem continentes citra festum sancti Leonardi, vel prius si poteritis commode, de hujusmodi decimis, que sint, et qualiter estimate, et que sint onera tam ordinaria quam extraordinaria dicte ecclesie cum capella incumbencia, et ad quam se extendant pecunie quantitatem, particulariter curetis rescribere et distincte. Datum Londoniis, v° Kal. Novembris anno Domini M°CCC° vicesimo.

Oct. 31.—John [de Monmouth], Bishop of Llandaff, commissions the Dean of Abergavenny to prevent the Bailiffs of Grosmont Castle from interfering with the rights of the Prior and Convent of Abergavenny in the Church of Grosmont.

Mandatum Episcopi Landavensis contra ballivos Castri de Grosso Monte.—Johannes, permissione divina ecclesie Landavensis minister, decano de Bergeveny, salutem et benediccionem divinam. Ex parte religiosorum virorum, Prioris et monachorum prioratus Beate Marie de Bergeveny, nobis est gravi conquestione monstratum quod, licet ecclesia parochialis de Grossomonte cum omnibus suis juribus et pertinenciis fuerit et sit predicto prioratui
Fol. 42. et monachis Deo servientibus in eodem canonice appropriata, ipsamque sic appropriatam cum suis juribus et pertinenciis universis, porcione perpetui vicarii ejusdem ecclesie dumtaxat excepta, possederint religiosi dicte domus pacifice et quiete a tempore cujus contrarii memoria non existit, nunnulli tamen ministri seu ballivi domini Henrici de Lancastria in custodiam ecclesie de Grossomonte predicte pertinentis,[1] ut premittitur, ad eosdem intromittere, disponere, et in utilitatem convertere dicte domus impedire ausu sacrilego moliuntur, ad dampnum ipsorum religiosorum non modicum et gravamen. Quocirca tibi committimus et mandamus in virtute obediencie firmiter injungentes quatenus, ad predictam ecclesiam de Grossomonte personaliter accedens, si inveneris ballivos Castri predicti ad bona ecclesie predicte manus apponere,

1—The reading of the MS. here is unintelligible: "Custodie Castri de Grossomonte predicte pertinentibus."

A.D. 1320. vel aliqualiter impedire religiosos predictos eadem bona libere ministrare et dispensare, prout sibi et domui sue viderint expedire, ipsos ballivos vice et auctoritate nostra moneas sub pena excommunicacionis majoris, et efficaciter inducas, quod ulterius de eisdem bonis se nullatenus intromittant, permittentes sepedictos religiosos ipsos in pace gaudere; alioquin contumaces et rebelles in hac parte per suspensionis et excommunicacionis sentencias canonica monicione premissa indies compescere non omittas; ad quod faciendum tibi tenore presencium committimus vices nostras cum coercicionis canonice potestate. Datum Londoniis, ij° Kal. Novembris, anno Domini M°CCC°xx°.

Sept. 27.—The Bishop, appointed by the Pope to examine into the state of the Priory of Abergavenny, removes Fulk Gastard, the Prior, and appoints in his place Richard de Bromwich.

Privacio antiqui Prioris de Bergeveny et creacio novi.—Universis sancte matris ecclesie filiis ad quorum noticiam littere presentes pervenerint, Adam, etc., salutem in Domino sempiternam. Litteras sanctissimi patris et domini Johannis, divina providencia Pape XXII, filo canapis et vera bulla plumbea bullatas, non viciatas, non cancellatas, non abolitas, nec in aliqua sui parte corruptas recepimus tenorem qui sequitur continentes: Johannes Episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri, etc., ut in registro bullarum. Nos igitur ad devotam dicti nobilis instanciam volentes hujusmodi mandatum apostolicum reverenter exequi, ut tenemur, ad ecclesiam Beate Marie de Bergeveny predictam personaliter accessimus, et tam per loci diocesanum quam per ejusdem loci monachos, ac eciam per rectores, vicarios, capellanos, clericos, et laicos in multitudine copiosa, de dicta diocesi et vicinio, qui premissorum verisimiliter melius scire poterant veritatem, inquisicionem fecimus diligentem, per quam comperimus bona ipsius prioratus excedere valorem annuum ducentarum marcarum sterlingorum, ex quibus bonis tresdecim monachi et plures juxta morem regularium et patrie consuetudinem possent commode sustentari, et onera eis incumbencia supportare. Idemque nobilis, ad divini cultus augmentum et ampliorem numerum monachorum ibidem futuris temporibus sustentandum, Priori et monachis dicti prioratus duas carucatas terre cum pratis, pascuis, moris, et aliis prope Castrum de Bergeveny, et xx libras sterlingorum annuas de eodem Castro inibi singulis annis in festis Beati Michaelis Archangeli et Annunciacionis

A.D. 1320. Dominice pro equalibus porcionibus percipiendas pro se et heredibus suis per suas litteras dedit, concessit, et assignavit, quousque eisdem Priori et monachis de aliis redditibus et proventibus, usque ad valorem dictarum xx librarum per eundem nobilem seu suos heredes fuerit provisum et plenarie satisfactum. Comperimus eciam per inquisicionem predictam nonnullos monachos dicti prioratus abjecta religionis honestate propter nimiam Abbatis sui distanciam a nemine visitatos vitam duxisse retroactis temporibus enormiter dissolutam contra observancias regulares, et quod hactenus in dicto prioratu communiter secundum facultates ipsius non fuit sufficiens numerus monachorum, et quod communiter v dumtaxat et quandoque iiij et aliquociens sex, et raro vij seu viij reperti sunt tempore preterito inibi conversari, et multos ex eis pro dicti Abbatis libito frequenter ad proprium monasterium revocari. Constat eciam per dictam inquisicionem quod ipse prioratus propter culpam et insolenciam monachorum degencium in eodem ac per alienacionem bonorum eidem pertinencium in temporalibus et
Fol. 42b. spiritualibus quamplurimum est collapsus. Invenimus eciam per probaciones legitimas quendam monachum, Fulconem Gastard, nuncupatum pro Priore dato a dicto Abbate et per loci diocesanum admisso se gerentem, qui coram nobis judicialiter constitutus de perjurio fuit manifeste convictus, paulo ante adventum nostrum ad dictum prioratum duos calices argenti, xiij coclearia argenti, v pannos de serico, munimenta varia statum dicti prioratus tangencia, quedam originalia sanctorum, et alios libros, ac quedam alia bona ad dictum prioratum et ad ecclesiam ejusdem spectancia temere fecisse ad remota loca ausu sacrilego clanculo asportari ; qui eciam postquam coram nobis ad restituendum munimenta predicta et alia per eum ammota, necnon ad ulterius faciendum in negocio nobis in hac parte commisso certum peremptorium terminum judicialiter recepisset, idem facinorum suorum conscius clanculo de nocte a dicto prioratu recedens in prefixo sibi termino minime rediit, sed contumaciter se absentans comparere nullo modo curavit usque in crastinum expectatus. Comperimus eciam per inquisicionem predictam dictum Fulconem de adulteriis variis, pluribus incontinencie viciis, et aliis dissolucionibus criminosis adeo fore culpabilem quod in dicto prioratu sine gravi scandalo non potest ulterius tolerari. Unde nos habita super hiis plena deliberacione cum venerabili in Christo patre domino J., Dei gracia Landavensi Episcopo, et religioso viro domino Ricardo, eadem gracia Abbate

A.D 1320 de Dore, sacre pagine doctore, et aliis peritis nobis assidentibus et in dicta inquisicione continue presentibus, ipsum Fulconem priorem dativum a regimine dicti prioratus duximus ammovendum. Et quia facultates ipsius prioratus praeter illas quas dictus nobilis de bonis suis eidem prioratui, ut premittitur, erogavit ad sustentacionem xij monachorum et Prioris eorundem sufficere reputamus, prefatum numerum monachorum et Priorem, qui in spiritualibus et temporalibus presit eisdem, sub ipsius Prioris obediencia juxta formam mandati apostolici moraturis et servaturis ibidem ad laudem divini nominis observanciam regularem, in eodem prioratu instituimus et eciam ordinamus. Volentes insuper eidem prioratui vacanti de ydonea persona celeriter providere, religiosum virum, fratrem Ricardum de Bromwico, ordinis sancti Benedicti, sacre pagine doctorem, virum utique providum et discretum ac in spiritualibus et temporalibus plurimum circumspectum eadem auctoritate in Priorem dicti prioratus hac vice preficimus, instituimus, ac eciam ordinamus, curam et administracionem dicti prioratus eidem plenarie committentes, salva prefatis Abbati et monachis continua pensione centum et septem solidorum quam per probaciones legitimas invenimus consuetam et eisdem debitam ab antiquo. In quorum omnium testimonium, etc. Datum apud Bergeveny, v^to^ Kal. Octobris, anno Domini M°CCC°xx°, etc.

Et ego Ricardus de Estenore, clericus Herefordensis diocesis, publicus apostolica auctoritate notarius, premissis omnibus et singulis dum sic, ut premittitur, agebantur unacum venerabilibus patribus dominis Episcopo Landavensi et Abbate predictis, ac discretis viris magistris Thoma de Chaundos, Archidiacono, et Henrico de Shorne, legum doctore, canonico in ecclesia Herefordensi, necnon dominis Thoma Thalbot, Rectore ecclesie de Laxefeld, Norwicensis, et Ade de Ailyneton, Rectore ecclesie de Mordeford, Herefordensis diocesis, ac magistris Ricardo de la Feld, et Johanne Rees, clericis, et aliis testibus ad premissa vocatis et rogatis, presens interfui, eaque sic vidi fieri et audivi, ac de mandato venerabilis patris domini Ade, etc., scripsi, publicavi, signoque meo consueto signavi, sub anno Domini M°CCC°xx°, indiccione iiij^ta^, pontificatus domini Pape predicti anno quinto, die, mense et loco supradictis.

A.D. 1320. *Sept. 20.—The Bishop instructs the Dean of Abergavenny to cite the Prior and monks of Abergavenny to appear before the Bishop on Sept. 27.*

Citacio Prioris et monachorum de Bergeveny.—Adam, etc., executor unicus a Sede Apostolica deputatus, discreto viro, Decano de Bergeveny et ejusdem loci vicario salutem et mandatis apostolicis firmiter obedire. Auctoritate apostolici qua fungimur in hac parte, quam vobis mittimus inspiciendam nobisque illico per presencium portitorem fideliter remittendam, in virtute obediencie qua Sedi Apostolice estis astricti, necnon sub pena excommunicacionis majoris quam in personas vestras et cujuslibet vestrum ferimus in hiis scriptis, si in execucione presentis mandati negligentes fueritis
Fol. 43. vel remissi, firmiter injungendo committimus et mandamus quatenus citetis seu citari faciatis, alterve vestrum citet seu citari faciat, peremptorie et modo quo poteritis meliore, et premuniatis religiosos viros Priorem de Bergeveny et ejusdem loci monachos quod compareant coram nobis in Capitulo eorundem de Bergeveny, die Jovis proximo ante festum sancti Michaelis Archangeli proximum futurum, mandatum apostolicum nobis in hac parte directum visuri, audituri, et eidem mandato in omnibus parituri, facturi, et ulterius recepturi juxta ipsius negocii et facti qualitatem et naturam quod postulaverit ordo juris, denunciantes eisdem quod, sive venerint sive non, nos in dicto negocio ulterius procedemus, prout de jure fuerit procedendum. Quid autem feceritis, etc. Datum Herefordie, xij Kal. Octobris, anno Domini M°CCC°xx°.

Sept. 27.—The Bishop asks Wulstan, Prior of Worcester, to sanction the appointment of Richard de Bromwich, one of his monks, as Prior of Abergavenny.

Littere directe Priori Wygorniensi pro licencia concedenda eidem fratri R. ad consenciendum provisioni.—Venerabili religionis viro, domino Wulstano, Priori ecclesie Wygorniensis, Adam, etc., quicquid potest amicitie et salutis. Commissa nobis nuper auctoritate apostolica correccione et reformacione prioratus sancte Marie de Bergeveny cum potestate instituendi et ordinandi inibi sufficientem numerum monachorum et Priorem qui in spiritualibus et temporalibus eis presit, nos, post inquisicionem quam in hac parte fecimus diligentem, assistente nobis venerabili in Christo patre, domino J., Dei gracia Landavensi Episcopo, rite in commisso

A.D. 1320. nobis negocio procedentes, fratrem Ricardum de Bromwico monachum vestrum propter ipsius nota probitatis merita eadem auctoritate ibidem prefecimus in Priorem, ad Dei honorem, et religionis augmentum, et salutem fidelium animarum, vestram amiciciam attentis precibus exorantes ut eidem fratri Ricardo provisioni seu prefeccioni hujusmodi consenciendi et ad prioratum predictum transeundi liberam dignemini concedere facultatem. Quod utique irrequisito conventu vestro licite facere potestis secundum canonicas sancciones, ut negocium provisionis seu prefeccionis hujusmodi celerius et facilius valeat expediri. In omni prosperitate vos conservet Altissimus per tempora longiora. Datum apud Bergeveny, xxvij° die Septembris, anno ut supra.

Mandate to the Abbot of Dore to induct Richard de Bromwich Prior of Abergavenny.

Induccio.—Adam, etc., venerabili patri in Christo domino R[icardo], Dei gracia Abbati de Dore, nostre diocesis, salutem in Domino sempiternam. Commissa nobis nuper auctoritate apostolica correccione et reformacione prioratus sancte Marie de Bergeveny, Landavensis diocesis, cum potestate instituendi et ordinandi inibi sufficientem numerum monachorum et Priorem qui in spiritualibus et temporalibus eis presit, nos, per inquisicionem quam in hac parte fecimus diligentem, invenientes Fulconem Gastard, qui se gessit pro Priore dicti loci, propter enormia et notoria sua incontinencie vicia non posse absque gravi scandalo et aliorum pernicioso exemplo inibi diutius tolerari, sicuti nec deberi, ipsum decrevimus ammovendum, et religiosum virum, fratrem Ricardum de Bromwiche, monachum ordinis sancti Benedicti, sacre theologie doctorem, ibidem prefecimus in Priorem, et ipsum instituimus auctoritate predicta. Quocirca vobis tenore presencium firmiter injungendo committimus et mandamus quatinus dictum fratrem R. in corporalem possessionem dicti prioratus ac jurium et pertinenciarum ejusdem auctoritate nostra immo verius apostolica inducatis, et inductum, si necesse fuerit, per quamcunque censuram ecclesiasticam defendatis. Datum apud Sugwas.

Nov. 9.—The Bishop of Hereford commissions the Bishop of Lincoln to act for him in the matter of an exchange between Thomas de Portington, Rector of Taynton, and Walter de Boneville, Rector of Welby.

Commissio facta Episcopo Lincolniensi ad instanciam Rectoris de Teyntone pro permutacione.—Venerabili in Christo

A.D 1320. patri, domino H[enrico de Burghersh], Dei gracia Lincolniensi Episcopo, A., ejusdem permissione Herefordensis Episcopus, salutem et fraternam in Domino caritatem. Ad admittendum et acceptandum resignacionem Thome de Portingtone, Rectoris ecclesie de Teyntone nostre diocesis, quam de dicta ecclesia facere intendit, ut dicitur, causa permutacionis inter ipsum Thomam et Walterum de Bonevllle, Rectorem ecclesie de Welleby vestre diocesis, de suis hujusmodi beneficiis ex causis legitimis faciende, necnon et dictum Walterum ad prefatam ecclesiam de Teyntone admittendum in forma canonica et instituendum in eadem, et in corporalem possessionem ejusdem ecclesie inducendum, inducive per alium faciendum, et ad omnia alia et singula facienda que hujusmodi permutacionis negocium exigit et requirit, vobis vices nostras committimus cum canonica que in hac parte requiritur potestate, vos rogantes quatinus de hiis que feceritis in premissis nos certificetis per litteras vestras patentes harum seriem continentes. Datum Londoniis, ix die Novembris, anno Domini M°CCC° vicesimo.

The Bishop, on behalf of the Rector of Colwall, approves of a proposed exchange of benefices.

Littere date Rectori de Colewell.—Noverint universi presentes litteras inspecturi quod nos Adam, etc., litteras quasdam per nos confectas, necnon litteram quandam per magistrum R. de Vernoun, juris doctorem, vicarium nostrum nobis in remotis agentibus generalem ac commissarium specialem, confectam sub tenoribus inspeximus infrascriptis, qui tenores in hoc registro alibi continentur.[1] Et nos collacionem predictam ac ipsam permutacionem in dicta littera collacionis predicte expressam et ipsius permutacionis causam ex certa nostra sciencia approbamus et confirmamus. In quarum inspeccionis, approbacionis, et confirmacionis nostrarum testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum[2]

Nov. 11.—The Bishop commissions Richard de Halghtone, treasurer of Llandaff, to enquire, and report to the Bishop of Llandaff, concerning the reconciliation of the Church of Monmouth, polluted by bloodshed.

Fol. 43b. Commissiones pro reconciliacione ecclesie prioratus Monumuthe.—Adam, etc., discreto viro, magistro Ricardo de Halghtone,

1—The entry here referred to does not seem to exist in the Register, as we have it. It may possibly have been on the lost folio.

2—The last line of the page is cut off.

A.D. 1320. thesaurario ecclesie Landavensis, salutem, etc. Ad nostram audienciam noveritis pervenisse quod Johannes de Camkarnan, presbyter, in Johannem dictum Ken, clericum, nuper in ecclesia prioratus Monumuthe nostre diocesis manus violentas injecit, usque ad effusionem sanguinis ledens, cujus violencie occasione ecclesia ipsa polluta reconciliacione creditur indigere. Nos igitur, qui de vestra discrecione fiduciam gerimus pleniorem, vobis ad inquirendum super hujusmodi violencie perpetracione et ejus enormitate, ac modo aliisque circumstanciis debitis in hac parte, vocatis hiis per quos rei veritas melius sciri possit, vices nostras committimus per presentes cum coercicionis canonice potestate. Quid autem inveneritis et feceritis in premissis venerabilem patrem dominum J., Dei gracia Landavensem Episcopum, cui ad reconciliacionem hujusmodi faciendam vices nostras commisimus, distincte et aperte certificetis, etc. Datum Londoniis, xj° die mensis Novembris, anno Domini M°CCC°xx°, etc.

Nov. 11.—The Bishop of Hereford commissions the Bishop of Llandaff to act for him in the above-mentioned reconciliation.

Commissio ad reconciliandum ecclesiam Monumuthe.—Venerabili in Christo patri, domino J[ohanni de Monumutha], Dei gracia Landavensi Episcopo, Adam, etc., salutem, etc. Ad reconconciliandum ecclesiam prioratus Monumuthe, si ipsa reconciliacione indigeat, vobis tenore presencium vices nostras duximus committendas, eo non obstante quod eadem ecclesia in nostra diocesi existere dinoscatur. Datum Londoniis, xi° die mensis Novembris, anno Domini M°CCC° vicesimo, etc.

Nov. 15.—The Bishop commissions Richard de Sidenhale and William de Fownhope to act for him in the absence of the Official.

Commissio facta magistris R. de Sidenhale et W. de Fowehope.—Adam, etc., discretis viris, filiis in Christo dilectis, magistris Ricardo de Sidenhale de Whiteburne, et Willelmo de Fowehope de Westbury, nostre diocesis ecclesiarum Rectoribus, salutem, etc. Ad audiendum et fine debito terminandum causas et negocia in consistoriis nostris mota et movenda necnon ad inquirendum, corrigendum, et puniendum subditorum nostrorum excessus in nostri officialis absencia, vobis conjunctim et divisim committimus vices nostras cum coercicionis canonice potestate. Datum apud

A.D. 1320. Shenygfelde, xv° die mensis Novembris, anno Domini M°CCC°xx°, etc.

Nov. 4.—Roger [de Mortivallis], Bishop of Salisbury, confirms the appropriation by the Pope of the Church of Shinfield to the Fabric Fund of the Cathedral of Hereford.

Appropriacio ecclesie de Shenygfelde.—Universis sancte matris ecclesie filiis ad quorum noticiam pervenerit hec scriptura, Rogerus, permissione divina Saresburiensis Episcopus, salutem in eo quem peperit uterus virginalis. Litteras apostolicas cum filo serico et vera bulla plumbea bullatas, in nulla sui parte corruptas inspeximus tenorem qui sequitur continentes :—Johannes Episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis, Decano et Capitulo ecclesie Herefordensis, salutem et apostolicam benediccionem. Personas vestras devocionis vestre meritis exigentibus paterna benivolencia prosequentes peticionibus vestris libenter annuimus, easque, quantum cum Deo possumus, favorabiliter exaudimus. Exhibita siquidem nobis vestra peticio continebat quod vos olim fabricam ecclesie Herefordensis instaurare volentes, supra fundamentum antiquum quod judicio cementariorum seu architectorum, qui in arte sua reputabantur periti, firmum et solidum putabatur, multa ad decorem domus Dei superedificari fecistis opere sumptuoso; in quorum construccione viginti milia marcarum sterlingorum et amplius consumpsistis, et quia propter debilitatem fundamenti predicti quod superedificatum est tantam nunc minatur ruinam quod judicio simili aliud remedium adhiberi non poterit nisi predicte ecclesie fabrica a fundamento totaliter innovetur ; propter que et expensas eciam factas per vos in prosecucione canonizacionis bone memorie Thome de Cantilupo, Episcopi Herefordensis, variis premimini debitis, nos paterno vobis super hiis compacientes affectu, et volentes propterea vobis de alicujus subvencionis subsidio providere, parochialem ecclesiam de Shenigfeld, in qua jus patronatus proponitis vos habere, cujusque redditus xx librarum sterlingorum secundum taxacionem decime valorem annuum non excedunt, cum capella de Swalwefeld dependente ab ea, Sarisburiensis diocesis, aliisque juribus et pertinenciis suis, vobis et ecclesie vestre in usus fabrice ejusdem ecclesie Herefordensis, fabrica ipsa durante, postmodum vero pro aliis ejusdem ecclesie Herefordensis neccssitatibus facilius supportandis, dummodo, ut asseritis, jus patronatus habeatis in ea, in usus proprios apostolica auctoritate concedimus, ac eciam

A.D. 1320. deputamus. Ita quod cedente vel decedente ecclesie predicte Rectore liceat vobis corporalem possessionem ipsius ecclesie recipere, cujusquam assensu minime requisito, eamque in dictos usus premisso ordine retinere, reservato tamen de fructibus ipsius per loci diocesanum perpetuo vicario in dicta ecclesia servituro congrua porcione, ex qua valeat congrue sustentari et incumbencia sibi onera supportare, non obstante si aliqui super provisionibus sibi faciendis de hujusmodi ecclesiis in eadem diocesi speciales, vel de beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales, Apostolice
Fol. 44. Sedis vel legatorum ejus litteras impetrarint, eciam si per eas ad inhibicionem, reservacionem, et decretum, vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus quo ad assecucionem aliorum ecclesiarum et beneficiorum nolumus prejudicium generari, seu si venerabili fratri nostro, Episcopo Sarisburiensi, vel quibuscunque aliis communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod ad recepcionem vel provisionem alicujus minime teneantur, et ad id compelli, seu quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, quodque de hujusmodi ecclesiis aliisque beneficiis ecclesiasticis ad eorum provisionem seu quamvis aliam disposicionem conjunctim vel separatim spectantibus nulla valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mencionem, et qualibet alia dicte Sedis indulgencia generali vel speciali cujuscunque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus presencium impediri valeat quomodolibet vel differri, et de qua cujusque toto tenore debeat in nostris litteris fieri mencio specialis. Nulli ergo omnino homini liceat hanc paginam nostre concessionis et deputacionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Avinione, vij° Kal. Februarii, Pontificatus nostri anno quarto. Nos igitur specialis devocionis affectum ad beatum Thomam confessorem, cujus venerande reliquie in dicta Herefordensi ecclesia continentur, habentes prefatis concessioni et deputacioni nostrum impertimur assensum, volentes et concedentes pro nobis et successoribus nostris ut venerabiles viri, Decanus et Capitulum supradicti, corporalem possessionem dicte ecclesie de Schenygfeld cum capella de Swalefeld dependente ab ea recipere valeant, et in usus predictos perpetuis et futuris temporibus possidere secundum predictarum litterarum apostolicarum exigenciam et

A.D. 1320. effectum, salva nobis, successoribus nostris, ac Decano et Capitulo ecclesie nostre predicte, annua pensione dimidie marce bone et legalis monete, quam in recompensacionem fructuum, obvencionum, proventuum, et quorumcunque emolumentorum que nos et successores nostri, Sede Sarisburiensi plena, ac Decanus et loci Capitulum, eadem Sede vacante, racione et tempore vacacionis dicte ecclesie de Schenygfeld cum capella predicta, virtute antique prescripte et approbate consuetudinis in nostra predicta diocesi, et hactenus pacifice observate, possemus futuris temporibus, et eciam deberemus percipere, si concessio et deputacio predicte non essent facte, ordinavimus, et tenore presencium ordinamus de consensu et voluntate venerabilis patris, domini Ade, Dei gracia Episcopi Herefordiensis, et loci Capituli, et eciam tenentis locum Decani et Capituli ecclesie nostre Sarisburiensis, de porcionibus vicarii dicte ecclesie de Schenygfeld, qui pro tempore fuerit, que eo pretextu in tanto uberiores existunt, et per eundem vicarium canonico communario nostre ecclesie Sarisburiensis, qui pro tempore fuerit, et per eum pueris choristis ejusdem ecclesie in subsidium sustentacionis eorum, in festo Annunciacionis Dominice imperpetuum annis singulis persolvende. Et ad securitatem faciende hujusmodi solucionis majorem, volumus et eciam ordinamus, de consensu venerabilis patris, domini Episcopi Herefordensis predicti, ac tenentis locum dicti Decani et Capitulorum predictorum, quod vicarius ecclesie de Schenygfeld et sui successores in eadem, statim cum instituti fuerint in vicaria predicta, prestent inspectis Evangeliis juramentum quod fideliter solvent annuatim pensionem predictam prout superius ordinatur. In quorum omnium testimonium atque fidem nos, Episcopi supradicti, presentes litteras sigillorum nostrorum impressione communiri fecimus et eciam duplicari, quarum unam penes Capitulum ecclesie Sarisburiensis et aliam penes Capitulum ecclesie Herefordensis volumus remanere. Datum et actum apud Sonnygge, ij° Non. Novembris, anno Domini millesimo CCC°xx°, presentibus dominis et magistris Nicholao, Abbate Radynges, Henrico Goher, juris civilis professore, Willelmo de Seltones, officiali Sarisburiensi, Thoma Talbot, Rectore ecclesie de Laxefeld, Norwicensis diocesis, Roberto de Worthe, subdecano Sarisburiensi, Adam de Aylinetone, Rectore ecclesie de Mordeforde, Herefordensis diocesis, Johanne de Tarenta, Archidiaconi Sarisburiensis officiali, Hugone de Knossyntone, Rectore ecclesie de Gildene Mortone, Lincolniensis diocesis, Vincencio de Tarenta, Ricardo de Estenore, notariis, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

A.D. 1320. Veria copia procuratorii ad accipiendum possessionem in alia parte hujus folii.

A.D. 1316. *June 3.—The Chapter of St. Paul's, London, confirms the appropriation by the Bishop of London of the Church of Bedfont to the Monastery of Hounslow.*[1]

Fol. 44b. Appropriacio ecclesie de Bedefunte facta fratribus de Hunderslowe Londoniensis diocesis.—Universis sancte matris ecclesie filiis has litteras visuris vel audituris Capitulum ecclesie sancti Pauli Londoniensis, vacante ibidem decanatu, eternam in Domino salutem. Litteras venerabilis in Christo patris et domini, domini Gilberti, Dei gracia Episcopi Londoniensis, inspeximus, tenorem qui sequitur continentes :—Gilbertus, permissione divina Episcopus Londoniensis, dilectis in Christo filiis, ministro et fratribus de Hondeslowe, ordinis sancte Trinitatis, nostre diocesis, salutem et graciam Salvatoris. Apud vos divitum et pauperum hospitalitas indeficiens, agrorum vestrorum frequens inopia et sterilitas, Sathane satellitum hiis et transactis temporibus possessiones vestras et res invadencium indefessa presumpcio, ac in maneriis vestris incendiorum eventus fortuiti domum vestram in tantam depressisse inopiam nobis per vos suggeruntur ut nisi celerius porrigatur manus auxilians, debitum Dei cultum, hospitalitatem, et sustentacionem vestram irrecuperabiliter defecturos formidatis, supplicantes ut ad dictam relevandam inopiam, premissaque pietatis opera, et cetera necessaria refovenda ecclesiam de Bedesfonte, vestri patronatus, in proprios usus vobis concedere dignaremur perpetuo possidendam. Cum igitur tam ingens vestra depressio, ipsiusque cause supradicte per inquisicionem pridem auctoritate nostra rite factam, et alia sufficienter iam nobis innotuerint, nos attendentes pium esse nedum sacram plantare religionem, immo plantatam modis omnibus confovere, ecclesiam supradictam cum suis juribus et pertinenciis vobis et monasterio vestro, quatinus in nobis est, appropriamus, cedente vel decedente Rectore qui nunc est, vobis et monasterio vestro in propriis usibus perpetuo possidendam, jure Episcopali nobis et successoribus nostris ac jure archidiaconali loci Archidiacono et ejus successoribus in omnibus salvis, ordinacione insuper vicarii in dicta ecclesia constituenda, et porcione ipsius nobis reservata. In cujus rei, etc. Datum apud Stebenhethe, ij° Id. Maii, anno Domini millesimo CCC° sextodecimo. Nos ac Capitulum

1—It is difficult to see why this entry is made in our Register, unless it is inserted as a precedent to be followed.

A.D. 1316. memoratum dictam appropriacionem et omnia alia et singula supradicta ratam habentes et acceptam ea quantum in nobis est confirmamus per presentes sigillo nostro communi roboratas. Datum in Capitulo nostro, iii° Non. Junii, anno Domini supradicto.

A.D. 1320. *Oct. 22.—The Chapter of Hereford appoint Nicholas de Aka, and Adam de Aylintone to be their Proctors for taking over the Church of Shinfield.*

Procuratorium Capituli Herefordensis ad accipiendum possessionem ecclesie de Schenyngfeld.—Tenore presencium pateat universis quod nos, Capitulum ecclesie Cathedralis Herefordensis, facimus et constituimus dilectos nobis in Christo, dominum Nicholaum de Aka, et dominum Adam de Aylinetone, Rectorem ecclesie de Mordeforde, Herefordensis diocesis, capellanos venerabilis in Christo patris, domini Ade, Dei gracia Herefordensis Episcopi, procuratores nostros veros et legitimos conjunctim et divisim et quemlibet eorum insolidum, ita quod non sit melior condicio occupantis, ad prosequendum coram venerabili in Christo patre, domino Dei gracia Sarisburiensi Episcopo, seu aliis quibuscunque judicibus competentibus in hac parte, negocium appropriacionis ecclesie parochialis de Schenyngfelde cum capella de Swalefelde eidem annexa sive ab eadem dependente, Sarisburiensis diocesis, in qua jus obtinemus patronatus, ipsamque ecclesiam cum capella in proprios usus nostros nomine nostro admittendam, et corporalem possessionem earundem cum juribus suis et pertinenciis nansciscendam et retinendam, juxta vim, formam, et effectum gracie et provisionis per Sedem Apostolicam nobis et ecclesie nostre Herefordensi in hac parte factarum, necnon omnia alia et singula facienda et exercenda que in premissis et circa premissa de jure fuerint oportuna, eciam si mandatum exigant speciale, ratum habituri et gratum quicquid iidem procuratores nostri seu alter eorundem in premissis et premissa contingentibus duxerint faciendum. In cujus rei, etc. Datum in Capitulo nostro Herefordensi, xj° Kal. Novembris, anno Domini M°CCC°xx°.

An alternative form for the appropriation of the Church of Shinfield.

Item alia forma pro appropriacione hujusmodi exhibita per Episcopum Herefordensem.—Universis, etc. Rogerus, permissione divina, etc. Litteras apostolicas cum filo serico et vera

A.D. 1320. bulla plumbea bullatas, non cancellatas, non abolitas, nec in aliqua sui parte viciatas diligenter inspeximus, tenorem qui sequitur continentes:—Johannes, etc. Quia igitur secundum Ambrosium nemo potest accusari, si templum Dei de bonis ecclesiasticis reparetur, ac sacerdotibus convenit ecclesias ornare, et ut cultu condigno aula Dei resplendeat honore congruo venerari, nos ob specialem devocionis affectum quem ad beatum Thomam confessorem gerimus, cujus venerande reliquie in dicta Herefordensi ecclesia continentur, prefatis concessioni et deputacioni nostrum assensum liberaliter impertimur, volentes et concedentes pro nobis et successoribus nostris ut dicti Decanus et Capitulum corporalem possesionem dicte ecclesie de Schenyngfeld libere recipere, et eam cum capella de Swalefield dependente ab ea in usus predictos perpetuis futuris temporibus licite valeant possidere, jure et dignitate nostre Sarisburiensis ecclesie semper salvis.

Oct. 28.—Royal brief commanding the Bishop to cause his cleric, William de Rostele, Rector of Huntley, to appear (with Richard de Clare, whose sub-eschaetor he had been) to answer to a claim of the Dean and Chapter of Lincoln for £40.

Fol. 45. Breve contra Rectorem de Huntleye.—Edwardus, Dei gracia Rex Anglie, Dominus Hibernie, et Dux Aquitanie, venerabili in Christo patri A., eadem gracia Herefordensi Episcopo, salutem. Quia Willelmus de Rostele, clericus, est vestre diocesis et non habet laicum feodum per quod potest distringi, prout per Vicecomitem nostrum comitatus Leycestrie alias accepimus, vobis mandamus quod ipsum Willelmum distringatis per beneficia sua ecclesiastica que habet in episcopatu vestro predicto, ita quod sit coram Baronibus de Scaccario nostro apud Westmonasterium a die sancti Martini in xv dies, ad respondendum nobis et Decano et Capitulo ecclesie beate Marie Lincolniensis, simul et magistro Ricardo de Clare, qui eundem diem habet, quare cum per litteras nostras patentes concesserimus eisdem Decano et Capitulo quod ipsi et eorum successores in singulis vacacionibus Episcopatus Lincolniensis predicti, quociens videlicet ipsum Episcopatum vacare contigerit, habeant et teneant custodiam Episcopatus illius et omnium temporalium ejusdem cum omnibus rebus et bonis ad eundem Episcopatum qualitercunque spectantibus, adeo plene et integre, sicut Episcopi loci illius Episcopatum predictum et temporalia ejusdem cum omnibus rebus et bonis ad eundem pertinentibus

A.D. 1320. Sede plena aliquibus retroactis temporibus habere et tenere consueverunt, vel nos aut heredes nostri custodiam illam cum omnibus rebus et bonis predictis temporibus vacacionum aliarum habere possemus vel deberemus, si in manu nostra vel heredum nostrorum retenta fuissent, ita quod dicti Decanus et Capitulum de temporalibus rebus et bonis predictis plenam et liberam administracionem habeant, et omnia emolumenta percipiant, ac inde disponere et ordinare possint, prout melius[1] et utilius videbitur faciendum, ita quod nullus Vicecomes seu alius ballivus vel minister noster quicunque aut heredum nostrorum de custodia Episcopatus predicti manerierorum aut aliarum rerum, seu bonorum quorumcunque ad dictum Episcopatum spectancium, quoquomodo racione vacacionis illius se in aliquo non intromittat, hoc tamen excepto quod escaetor vel alius minister noster vel heredum nostrorum qui pro tempore fuerit infra aliquod manerium Episcopatus illius in principio cujuslibet vacacionis ejusdem Episcopatus quandam simplicem seisinam nomine nostri regii dominii capiat, et ea sic capta statim exinde recedat, absque fidelitate seu recognicione ab aliquo tenente dicti Episcopatus vel aliquo alio inde capienda seu eciam asportanda; ac post mortem [bone] memorie domini J., nuper Episcopi loci illius, mandaverimus prefato magistro Ricardo tunc escaetori nostro quod de custodia ipsius Episcopatus, seu temporalium rerum et bonorum ad eundem Episcopatum qualitercunque spectancium, se non intromitteret contra tenorem litterarum nostrarum predictarum, et exitus si quos a tempore mortis predicti Episcopi levasset, prefatis Decano et Capitulo restitui faceret, ac iam ex parte eorum domini Decani et Capituli acceperimus quod licet predicti magister Ricardus et Willelmus, nuper subescaetor ipsius magistri Ricardi, in predicto comitatu Leycestrie exitus in manerio de Leycestria et in aliis terris et tenementis que sunt de eodem Episcopatu in comitatu predicto, de tempore quo per mortem dicti Episcopi per ipsos magistrum Ricardum et Willelmum capta fuerunt, in manum nostram usque ad summam xl librarum levaverint, exitus tamen eosdem prefatis Decano et Capitulo reddere contradicunt, quominus prefati Decanus et Capitulum illud quod ad nos pertinet de eadem custodia satisfacere possint, prout debent, ut dicunt, sicut racionabiliter monstrare poterunt quod inde respondere debeant. Et remittatis ibi hoc breve. Teste W. de Norwyco apud Westmonasterium, xxviij° die Octobris, anno regni nostri quarto decimo.

1—In MS. *alius*.

A.D. 1320. *Nov. 27.—The Bishop commissions John de Burghill, Vicar of St. John's, to hear confessions in cases reserved.*

Commissio facta domino J. de Burghulle.—Adam, etc., dilecto in Christo filio, domino J. de Burghulle, vicario sancti Johannis, salutem, etc. Ad audiendum confessiones subditorum nostrorum in casibus nobis reservatis, et ad absolvendum eosdem in foro penitenciali vobis committimus vices nostras, donec eas duxerimus revocandas. Datum apud Bosbury, v° Kal. Decembris, anno Domini M°CCC°xx°, etc.

Nov. 27.—The Bishop notifies the Chapter that the office of penitentiary being vacant he has commissioned John de Burghill to hear confessions.

Littera directa dominis Capitulo Herefordensi super premissis.—Venerabilibus viris filiisque in Christo dilectis, Capitulo nostro Herefordensi vel ejus commissario, salutem, etc. Cum nos domino Johanni de Burghulle, vicario sancti Johannis, ad audiendum confessiones subditorum nostrorum in casibus nobis reservatis, et ad absolvendum eosdem in foro penitenciali, officio penitenciarii in nostra Herefordensi ecclesia vacante, interim committimus vices nostras, vobis mandamus quatinus in locis in quibus expedire videritis publice nunc[ietis] seu nunciare faciatis quod omnes et singuli qui confessione et absolucione de peccatis suis indigent ipsum dominum Johannem adeant in hac parte. Datum ut supra.

Nov. 30.—John de la More, the Pope's penitentiary, admits to penance Hugh de Cardiff, who had slain a priest; and since Hugh is afraid to enter his own diocese of Coventry, he is to perform the penance enjoined him in the diocese of Hereford.

Fol. 45b. Littera penitenciarii Pape.—Venerabili in Christo patri, Dei gracia Episcopo Herefordensi, vel ejus vicario in spiritualibus, frater Johannes de La More, domini Pape penitenciarius, salutem in Domino. Hugonem de Kaerdif, laicum diocesis Coventrensis et Lichfeldensis, latorem presencium, qui olim ausu sacrilego quendam presbiterum interfecit, ab excommunicacione quam propter hoc incurrit et reatu hujusmodi homicidii ad vos auctoritate domini Pape remittimus juxta formam ecclesie absolutum, mandantes ei inter alia sub debito prestiti juramenti ut per omnes majores ecclesias vestre civitatis, cum ad diocesanum suum nec ad locum

A.D. 1320. delicti propter metum persone ire non audeat, nudus et discalciatus, braccis dumtaxat retentis, virgam ferens in manibus et corrigiam circa collum, si secure poterit, incedat, et ante fores ipsarum ecclesiarum a presbiteris earundem psalmum penitencialem dicentibus se faciat verberari, quando major in eis aderit populi multitudo, suum publice confitendo reatum; ecclesie autem si cui dictus occisus presbiter serviebat satisfaciat per se vel alium competenter. et si aliquod feodum vel jus patronatus ab ipsa ecclesia obtinet ipse ac ejus heredes, illis perpetuo sint privati. Vos autem culpa ipsius diligenter considerata injungatis inde sibi auctoritate predicta penitenciam, que sibi sit ad salutem et aliis ad terrorem. Et si que mandantur facere forte contempserit, denuncietis ipsum in predictam excommunicacionis sentenciam recidisse. Datum Avinione, ij° Kal. Novembris, Pontificatus domini Johannis Pape XXII anno v°. Quod inde est actum inferius continetur.

A.D. 1312. *Nov. 19.—Cardinal Arnold, the Papal Nuncio, admits to penance William de Winewod, who, being a priest, served as a soldier, and joined in various acts of homicide. He is not to resume his Orders.*[1]

Littera penitenciarii Pape.—Venerabili in Christo patri, Dei gracia Episcopo Herefordensi, vel ejus vicario in spiritualibus, frater Arnaldus, miseracione divina tituli sancte Prisce presbiter cardinalis, Apostolice Sedis nuncius, salutem in Domino. Willelmum de Winewod, presbiterum vestre diocesis, latorem presencium, qui, sicut asserit, dudum temeritate propria fuit armatus in quodam exercitu, ubi plures laici interfecti fuerunt, et occisoribus eorum super hoc prestitit auxilium et favorem, et capcioni quorundam latronum interfuit, et contra ipsos qui postmodum suspensi fuerunt per curiam secularem in judicio conscripsit acta atque sententias, et in quosdam presbyteros citra tamen effusionem sanguinis manus violentas injecit, ab excommunicacionis sentencia, quam per predictam manuum injeccionem incurrit, dictorum homicidiorum reatibus et aliis peccatis suis que penitenciario nostro sua confessione detexit, auctoritate apostolica nobis in hac parte concessa, per eundem penitenciarium absolutum ad vos duximus remittendum, ingressu sibi ecclesie restituto, execucione tamen suorum ordinum sibi perpetuo interdicta. Vos autem ipsius confessione diligenter audita injungatis ei super hoc penitenciam salutarem, et alia que

1—This entry seems to have been inserted as giving a precedent to be followed in the case of Hugh de Cardiff.

A.D. 1312. saluti sue videritis expedire. Datum Londoniis, xiij° Kal. Decembris, Pontificatus domini Clementis Pape V anno octavo.

A.D. 1320. *Dec. 11.—The Bishop instructs the Chapter to admit to penance Hugh de Cardiff, in accordance with the letter of the Pope's penitentiary.*

Mandatum Episcopi super prescripta littera penitenciarii.—Adam, etc., dilectis in Christo filiis, Capitulo nostre Herefordensis ecclesie, vel custodi seu administratori spiritualitatis decanatus Herefordensis, ipso decanatu vacante, salutem, etc. Litteras discreti viri, fratris Johannis de la More, domini Pape penitenciarii, recepimus tenorem qui sequitur continentes:—Venerabili ut supra. Vobis igitur auctoritate litterarum predictarum committimus et mandamus quatinus, cum idem Hugo cum presentibus ad vos venerit et dictam penitenciam sibi per prefatum penitenciarium injunctam optulerit humiliter se facturum in forma prescripta, ipsum ad hoc admittatis et admitti per alios faciatis, et ut ipsam penitenciam peragat curetis, et hoc aliis quorum interest firmiter injungatis, nos super hiis distincte et aperte certificantes, etc. Datum apud Morehall juxta Kynlet, xj° die mensis Decembris, anno predicto.

Dec. 17.—Certificate from the Chapter that the Bishop's mandate touching Hugh de Cardiff has been executed.

Fol. 46. Certificacio.—Venerabili in Christo patri et domino suo reverendo, domino Ade, etc., Capitulum ecclesie cathedralis Herefordensis, salutem, omnimodam reverenciam, et honorem debitum tanto patri. Mandatum vestrum nuper recepimus tenorem continens infrascriptum:—Adam, etc. Quod quidem mandatum vestrum per omnes majores ecclesias civitatis Herefordensis juxta vim, formam, et effectum ejusdem mandati vestri sumus reverenter in omnibus executi. Datum Herefordie, xvj° Kal. Januarii, anno predicto.

Dec. 19.—The Bishop of Hereford informs the Bishop of Coventry that Hugh de Cardiff has duly performed the penance assigned him.

Littere super hiis directe Episcopo Coventrensi et aliis.—Venerabili in Christo patri, domino Waltero, Dei gracia Coventrensi et Lichfeldensi Episcopo, ac Capitulis eorundem

A.D. 1320. locorum, omnibusque aliis quorum interest in hac parte, Adam, etc., salutem in omnium Salvatore. Litteras discreti viri, fratris Johannis de la More, domini Pape penitenciarii, recepimus tenorem qui sequitur continentes:—Venerabili, etc. Quarum auctoritate litterarum ipsum Hugonem hujusmodi mandato corde contrito et humiliato parere volentem in civitate nostra admitti fecimus ad premissa, injuncta sibi pro culpa commissa juxta formam ejusdem mandati penitencia salutari. In cujus rei, etc. Datum apud Wenlok, xiiij° Kal. Januarii anno predicto.

Nov. 18.—Dispensation for illegitimacy granted to William, son of William le Force.

Dispensacio super defectu natalium.—Memorandum quod xiiij° Kal. Decembris, anno Domini M°CCC°xx°, apud Wenloke dispensavit dominus cum Willelmo filio domini Willelmi le Force militis, clerico, super defectu natalium quem patitur de soluto genitus et soluta, juxta tenorem litterarum venerabilis patris domini B[erengarii], Dei gracia Episcopi Tusculani, sibi in hac parte directarum, per litteras consuetas.

Nov. 18.—The Bishop admits Ralph de Cambourne to be Prior of Monmouth.

Admissio fratris Radulphi Prioris Monemuthe.—Memorandum quod xiiij° Kal. Decembris, anno Domini M°CCC°xx°, apud Wenloke admisit dominus fratrem Radulphum de Combornio, monachum, ad presentacionem fratris Johannis, Abbatis sancti Florencii Salmure, Andegavensis diocesis, ad Prioratum Monemuthe, et ipsum instituit in eadem; juramentum obediencie recipiens ab eodem.

Item tunc scripsit idem dominus monachis Monemuthe pro obediencia et reverencia eidem Priori exhibenda.

Item tunc scripsit dominus Decano de Irchenefeud pro induccione ipsius.

Acta sunt hec juxta formas litterarum alias factarum fratri Helie, quondam Priori loci ejusdem, prout in Registro Ricardi Episcopi continetur.

A.D. 1318. *Dec. 25.—Dispensation for illegitimacy granted to John de Cowley (who, in Dec., 1320, is admitted to Minor Orders).*

Fol. 46b. Johannes de Couleye.—Memorandum quod xxv° die Decembris, anno Domini M°CCC°xviij°, apud Bromfelde dispensavit dominus cum Johanne de Couleye super defectu natalium quem patitur de soluto genitus et soluta, ei primam tonsuram conferens clericalem.

Item die Sabbati quatuor temporum mensis predicti, anno Domini M°CCC°xx°, ipsum ad ordines minores promovit.

A.D 1320. *Dec. 22.—Dispensation granted to Geoffrey de Wenlock, who has been ordained on a false title.*

Dispensacio pro presbitero ad falsum titulum ordinato.—Adam, etc., Galfrido de Wenlocke, presbitero nostre diocesis, salutem, etc. Litteras venerabilis patris domini Berengarii, Dei gracia Episcopi Tusculani, recepimus tenorem qui sequitur continentes:—Venerabili in Christo patri, Dei gracia Episcopo Herefordensi, vel ejus penitenciario, Berengarius, miseracione divina Tusculanus Episcopus, salutem, etc. Quia nobis Galfridus de Wenloke, presbiter vestre diocesis, lator presencium, oblata peticione monstravit quod ipse olim acolitus existens et ad sacros ordines affectans promoveri quendam falsum titulum nomine patris sui sibi fabricavit, et cum coram examinatoribus existeret et titulum hujusmodi exiberet, prestitit ibidem juramentum, unacum duobus clericis illuc nomine suo eciam ad jurandum productis, quod verum et legitimum titulum haberet, cujus tituli pretextu, non credens multum delinquere, cum juvenis esset, omnes sacros ordines tanquam simplex et juris ignarus recepit, rite tamen alias ministravit in eis, et alias divinis officiis se ingessit: super quibus nobis humiliter supplicavit sibi per Sedem Apostolicam de oportuno remedio misericorditer provideri: nos igitur presbiterum ipsum ad vos duximus remittendum. Circumspeccioni vestre auctoritate domini Pape, cujus penitenciarie curam gerimus, committimus quatinus, si est ita, et in tales non fuit excommunicacionis sentencia promulgata, injuncta inde sibi ab excessu hujusmodi et perjurii reatu absolucione, previa pro modo culpe penitencia salutari, eoque ad tempus, prout expedire videritis, a sic susceptorum ordinum execucione suspenso, demum predictis falsis litteris, si haberi possunt, laniatis, suffragantibus sibi meritis, alioque canonico non obstante, super irregularitate inde contracta, et ipsorum execucione ordinum cum ipso auctoritate predicta miseri-

A.D. 1320. corditer dispensetis. Datum Avinione, xij° Kal. Novembris, Pontificatus domini Johannis Pape XXII anno quinto. Quarum auctoritate litterarum inquisicionem super premissis fecimus diligentem, per quam comperimus te a bone memorie domino Ricardo, quondam Herefordensi Episcopo, nostro proximo predecessore, omnes sacros ordines suscepisse falsum titulum exhibendo, nec fuisse in tales excommunicacionis sentenciam promulgatam; injunximus inde tibi ab excessu hujusmodi et perjurii reatu absolucione previa penitenciam salutarem, teque ad tempus ab ordinum execucione suspendimus, ut premittitur, susceptorum, demum tecum auctoritate predicta suffragantibus tibi meritis super irregularitate inde contracta et ipsorum execucione ordinum dispensantes. In cujus rei, etc. Datum apud Etone Prioris, xxij° die mensis Decembris, anno Domini M°CCC°xx°, etc.

Dec. 24.—Walter de Langton, Bishop of Coventry, writes to the Bishop of Hereford, asking him to act cautiously in the matter of admitting Hugh de Cardiff to penance, since the murder he committed was inhuman and horrible, and the Papal letters he exhibited probably false.

Littera Episcopi Coventrensis et Lichfeldensis.—Venerabili in Christo patri, domino Ade, etc., Walterus [de Langton], permissione divina Coventrensis et Lichfeldensis Episcopus, quicquid potest amicicie et honoris. Intelleximus ex quorundam relatu quod Hugo de Kerdyf, parochianus noster apud Wybbenbury, qui quadam concepta malicia virum modestum et innocentem, dominum Robertum de Haselbech, quondam capellanum nostrum, inhumaniter et horribiliter trucidavit, de Curia Romana jam venit ad vos cum litteris absolucionis super nephandissimo scelere antedicto; et licet de impetracione litterarum hujusmodi non mediocriter admiremur, et illas surrepticias reputemus, de vestra tamen discrecione et amicicia confidentes vobis supplicamus corditer et devote quatinus, si quas litteras in hac parte pro dicto Hugone a Sede Apostolica recepistis, ita in dicto negocio procedatis
Fol. 47. quod nobis et ecclesie nostre Lichfeldensi, quorum negocia idem capellanus gessit utiliter et in ipsis fideliter laboravit, injuria nulla fiat, quodque ipsius absolucio faciliter, ut credimus, et surrepticie impetrata, aliis lascivis in comitatu Cestrie non tribuat audaciam delinquendi. Et si qua insident votis vestris que apud nos poterunt expediri, ipsa nobis fiducialiter intimetis. In regimine pastorali

A.D. 1320. conservet Altissimus statum vestrum et diu dirigat in honore. Scriptum apud Eccleshale, ix° Kal. Januarii.

The Bishop of Hereford replies to the Bishop of Coventry that he has strictly carried out the instructions received from the Roman Court, and that if Hugh de Cardiff fails to make full satisfaction he will again excommunicate him.

Responsio ad eandem.—Venerabili in Christo patri, domino Waltero, etc., Adam, etc., quicquid potest reverencie et honoris. Nuper presentatis nobis per Hugonem de Kaerdyf, vestre diocesis, litteras penitenciarii domini Pape sub stilo penitenciarie Romane Curie consueto, per quas idem Hugo, qui olim ausu sacrilego quendam presbiterum interfecit, ab excommunicacione quam propter hoc incurrit et reatu hujusmodi homicidii auctoritate domini Pape ad nos remissus extitit juxta formam ecclesie absolutus, et cui inter alia per dictum penitenciarium mandabatur sub debito prestiti juramenti ut per omnes majores ecclesias nostre civitatis, cum ad diocesanum suum nec ad locum delicti propter metum persone ire non auderet, nudus et discalciatus, braccis dumtaxat retentis, virgam ferens in manibus, et corrigiam circa collum, si secure posset, incederet, et ante fores ipsarum ecclesiarum a presbiteris earundem psalmum penitencialem dicentibus se faceret verberari, quando major in eis adesset populi multitudo, suum publice confitendo reatum, nos ipsum Hugonem hujusmodi mandato corde contrito et humiliato parere volentem in civitate nostra admitti fecimus ad premissa, injuncta sibi pro culpa commissa penitencia salutari. Tandem idem Hugo per octo dies ante festum Nativitatis Dominice a nobis recessit, ut premittitur, expeditus; qui tamen ex injuncto sibi mandato ecclesie si cui dictus occisus presbiter serviebat satisfacere contempserit, cum de hoc nobis legitime constiterit, in predictam excommunicacionis sentenciam ipsum denunciabimus recidisse. Hunc igitur processum nostrum vestre paternitati curavimus intimare ut plenius cognoscat qualiter ad salutem anime penitentis mandatum nobis directum formam ipsius, quantum ad nos attinet, diligenter servando ex obediencie debito fuerimus executi, qui ea que vestrum et ecclesie vestre respiciunt commodum et honorem sinceris optamus affectibus promovere. Deus omnipotens, etc.

A.D. 1320. *Dec. 27.—The Bishop finding, on his visitation, that William le Coliare, Vicar of Kinlet, is incapable of performing the duties of his charge, suspends him from his office, and appoints John de Undele to be his coadjutor.*

Coadjutor datus vicario de Kynlet.—Episcopus dilecto filio Johanni de Undele, presbitero, salutem, etc. Quia nos, ecclesiam de Kynlet nostre diocesis ex officii nostri debito visitantes, Willelmum dictum le Coliare, presbiterum, vicarium ejusdem ecclesie, insufficientis litterature, morbumque in suis membris incurabilem et visus defectum notorie et evidenter invenimus pacientem, ipsum vicarium suspendimus a celebracione divinorum, et administracionem in spiritualibus et temporalibus eidem interdiximus per decretum, justicia suadente; unde nos, animarum cure, ut tenemur, providere volentes, te ipsi Willelmo vicario antedicto coadjutorem preficimus, et adminstracionem dicte vicarie in spiritualibus et temporalibus tibi committimus per presentes, mandantes insuper et precipiendo firmiter injungentes omnibus parochianis ecclesie predicte, ac aliis quorum interest, quod tibi, dicto Johanni coadjutori, et dicte vicarie administratori, legitime in hiis que ad eos attinent in hac parte humiliter obediant et incedant. In cujus rei, etc. Datum apud Castrum nostrum, xxvij° die Decembris, anno Domini M°CCC°xx°.

Quas quidem litteras ipse postmodum restituit.

A.D. 1321. *Jan. 3.—Mandate to the Prior of Chirbury to compel his canon, Thomas de Suede, to come, as appointed, to the Bishop's penitentiary, to cleanse himself from his confessed wrongdoings.*

Mandatum directum Priori de Chirebury.—Salutem, etc. Quia Thome de Suede, canonico vestro, reatum suum fatenti judicialiter coram nobis, injunximus sub obediencie debito ut pro salute anime sue ad penitenciarium nostrum statim accederet per oris confessionem enormia que commisit modo debito purgaturus, dictusque Thomas quasi inobediencie filius, nostram injunxionem hujusmodi salutarem adimplere in anime sue periculum pretermisit, quocirca vobis in virtute obediencie firmiter injungendo committimus et mandamus quatinus dictum Thomam visis presentibus hac die vel die Dominica ad penitenciarium nostrum apud Worthyn vel Westbury absque ulterioris more diffugio destinetis, sibi per

A.D. 1321. nos injunctum, ut premittitur, impleturum. Quid autem feceritis, etc. Datum apud Worthyn, iij° die Januarii anno predicto.

Jan. 6.—The Bishop admits Richard Harold, a friar of Shrewsbury, to hear confessions, etc.

Frater admissus ad confessiones audiendas.—Memorandum quod vj° die Januarii, anno Domini M°CCC°xx°, in Castro de Caaus admisit dominus fratrem Ricardum Harold, ordinis Predicatorum de Conventu Salopie, ad confessiones audiendas, absoluciones impendendas, penitencias injungendas, et sermones faciendos in diocesi Herefordensi juxta constitucionem Bonifacianam editam in hac parte.

Jan. 7.—The Bishop commissions William de Fownhope and William de Ashton to act for him in the proceedings to be taken against John, who claims to be Vicar of Lindridge, William, Chaplain of Montgomery, and Griffin ap Ririd.

Commissio contra vicarium de Lyndrugge.—Adam, etc., dilectis in Christo filiis, magistris W. de Fowehope, Rectori ecclesie de Westbury, et W. de Aischtone, porcionario in ecclesia de Pontesbury nostre diocesis, salutem, etc. In causis seu negociis correccionis ex officii nostri debito contra Johannem qui se gerit pro perpetuo vicario ecclesie de Lyndrugge, nostre diocesis, Willelmum capellanum de Montegomeri, et Griffinum ap Ririd, motis vel movendis, vobis conjunctim et divisim tenore presencium committimus vices nostras, etc. Datum apud Castrum de Caaus, vij° die Januarii, anno Domini M°CCC°xx°.

Jan. 11.—The Bishop admits friar Roger of Shrewsbury to hear confessions, etc.

Fol. 47b. Frater admissus ad confessiones audiendas et alia.—Memorandum quod xj° die Januarii, anno Domini M°CCC°xx°, apud Munselowe admisit dominus fratrem Rogerum de Salopia, ordinis Predicatorum, de conventu loci ejusdem, ad confessiones audiendas, et alia prout in alia parte hujus folii continetur.

The Bishop commissions the Official to take action against William le Coliare, Vicar of Kinlet, for contempt and disobedience.

Commissio contra vicarium de Kynlet.—Adam, etc., dilecto in Christo filio, magistro R. de Vernoun, canonico nostre Here-

A.D. 1321. fordensis ecclesie, Officiali nostro, salutem, etc. In causa seu negocio ex officii nostri debito moto vel movendo contra Willelmum dictum le Coliare, qui se gerit pro vicario ecclesie de Kynlet, cum potestate inquirendi super contemptu et inobediencia ipsius, privandi, amovendi eundem, resignacionem, submissionem ab eodem recipiendi, vobis tenore presencium committimus vices nostras, etc.

The Bishop of Hereford commissions the Bishop of Llandaff to consecrate the cemetery of Walford.

Commissio ad reconciliandum cimiterium de Walforde.—Memorandum quod dominus commisit vices suas venerabili patri, domino Johanni, Dei gracia Landavensi Episcopo, ad reconciliandum cimiterium ecclesie de Walforde, per litteras suas tenoris et continencie, mutatis mutandis, in quinto precedenti folio contentorum.

Jan. 21.—Dispensation for illegitimacy granted to John de Ravenhal.

Fol. 48. Dispensacio pro Johanne de Radenhal.—Memorandum quod xxj° die Januarii, anno Domini M°CCC°xx° apud Hereford, dispensavit dominus cum Johanne de Radenhale, clerico Herefordensis diocesis, super defectum natalium quem patitur de soluto genitus et saluta, secundum tenorem litterarum apostolicarum eidem domino directarum.

Jan. 21.—The Bishop sanctions the appropriation of the Church of Avenbury by the Abbot and Convent of Dore.

Appropriacio ecclesie de Avenebury.—Adam, etc., dilectis filiis, religiosis viris, Abbati et Conventui de Dora, nostre diocesis, ordinis Cisterciencis, salutem, etc. Quamvis propensa Dei caritas, super genus humanum clementer effusa, nos qualescunque emulatores ejusdem cogat esse sollicitos circa membrorum Christi indigenciam relevandam necessitudinemque supplendam, tamen arcius nos astringit ut hiis qui pre ceteris operosius acceptisimis operibus ejus intendunt venas pietatis nostre gratancius reseremus, ac pro posse impendamus subsidium oportunum, ne, quod absit, usque adeo inedia deprimantur ut a continuacione meritoria operum premissorum imposterum compellantur dolencius resilire. Sane peticio vestra nobis exhibita continebat quod fructus, redditus, et proventus

A.D. 1321. Monasterii vestri adeo sunt tenues et exiles quod non sufficiunt ad congruam sustentacionem vestram et hospitalitatis ac alia vobis incumbencia onera supportanda, quodque vos adeo premit onus manifeste et notorie paupertatis quod necessitates patimini creberrimas, angustias, et defectus ; quare nobis humiliter supplicastis ut, ad relevacionem onerum que vos premunt, ecclesiam de Avenebury nostre diocesis, cujus estis veri patroni, fructus et proventus ejusdem vobis in usus proprios perpetuo convertendos concedere dignaremur. Nos igitur, per inquisicionem quam super hiis fieri fecimus diligentem de veritate premissorum plenius informati, paterno vobis in hac parte compacientes affectu, ac volentes propterea vobis de alicujus subvencionis subsidio providere, habito cum dilectis filiis, capitulo nostro, tractatu sollempni et diligenti qui in hujusmodi perpetuis concessionibus et ecclesiarum alienacionibus de jure requiritur, ponderataque devocione quam habetis ad Deum, et ad proximum pietate, quippe qui hospitalitatem sectantes pauperes et debiles benigne suscipitis, ac quibuscunque indigentibus letanter impenditis subsidium caritatis, ut hec plenius et perfectius futuris temporibus facere valeatis, et ne pro defectu temporalis subsidii ab hiis manum benevolam et munificam retrahatis, de consensu expresso ejusdem nostri Capituli predictam ecclesiam cum fructibus et proventibus et aliis suis juribus et pertinenciis vobis et monasterio vestro in usus proprios perpetuo possidendam Pontificali auctoritate concedimus, ac eciam deputamus, ita quod, cedente vel decedente ecclesie predicte Rectore, liceat vobis corporalem possessionem ipsius ecclesie licite recipere, eamque in dictos usus pacifice retinere, reservata tamen de fructibus ecclesie
Fol. 48b. ejusdem perpetuo vicario in eadem ecclesia servituro congrua porcione per nos seu successores nostros taxanda et eciam ordinanda, ex qua valeat congrue sustentari et incumbencia sibi onera supportare. [Vicariam autem dicte ecclesie, quociens eam vacare contigerit, ad nostram et successorum nostrorum collacionem decrevimus pertinere].[1] Ordinamus eciam, de consensu et voluntate Abbatis et Conventus predictorum et nostri Capituli memorati, quod ad vicariam dicte ecclesie, quociens eam vacare contigerit, iidem Abbas et Conventus personam ydoneam a nobis et successoribus nostris nominandam canonice presentabunt, et quod vicarius qui pro tempore fuerit de porcione vicarie eo uberius ordinanda, in recompensacionem emolumentorum que nos et successores nostri possemus temporibus futuris percipere, si concessio et deputacio

1—The words in brackets are crossed out.

A.D. 1321. facte non essent predicte, pensionem annuam unius dimidie marce in festo Annunciacionis beate Marie canonico qui est vicarius seu penitenciarius noster in ecclesia Herefordensi persolvat, per eum pueris choristis ejusdem ecclesie in subsidium sustentacionis eorum fideliter ministrandam. Et ad securitatem solucionis hujusmodi faciende majorem volumus et eciam ordinamus de consensu Abbatis et Conventus et Capituli predictorum quod vicarius ecclesie de Avenebury et sui successores in eadem, statim cum fuerint instituti in vicaria predicta, prestent inspectis Evangeliis juramentum quod fideliter solvent annuatim pensionem prout superius ordinatur. Premissa autem omnia et singula de expresso consensu nostri Capituli, ut premittitur, ordinata robur habere volumus perpetue firmitatis, jure et dignitate nostre Herefordensis ecclesie semper salvis. In cujus rei, etc. Datum apud Herefordiam, xxj° die mensis Januarii, anno Domini M°CCC° vicesimo, etc.

Jan. 21.—The Bishop sanctions the appropriation of the Church of Wolferlow by the Prioress and Convent of Acornbury.

Appropriacio ecclesie de Wolfrelowe.—Memorandum quod eisdem die, anno, et loco, appropriavit dominus monialibus de Acornebury ecclesiam de Wolfrelowe in hec verba:—Adam, etc., dilectis filiabus, religiosis mulieribus, Priorisse et Conventui ecclesie sancte Crucis de Acornebury, nostre diocesis, ordinis sancti Augustini, salutem, etc. Quamvis propensa Christi caritas, etc., usque "pietate," preter istud verbum "[hos]pitalitatis," et predictum verbum "pietate" sequitur immediate "de consensu expresso," etc. usque in finem, mutato nomine ecclesie, et mutatis nominibus personarum religiosarum; reservando collacionem vicarie sibi et suis successoribus, et ordinando pensionem dimidie marce ecclesie Herefordensi annuatim solvende, prout superius continetur.

Jan. 18.—Thomas Cobham, Bishop of Worcester, commissions the Bishop of Hereford to act for him in the matter of an exchange of benefices between John de Orleton, Rector of Tytherington, and William de Wyke, Rector of Eton. The Bishop of Hereford accepts the resignation of John de Orleton, and, on Jan. 22, institutes William de Wyke to the Rectory of Tytherington.

Commissio domini Wigorniensis facta Episcopo Herefordensi ad faciendum ea que in eadem plenius continentur.—Venerabili

A.D. 1321. in Christo patri, domino Ade, etc., Thomas [Cobham], Episcopus Wygorniensis, salutem, etc. Ad admittendum et acceptandum resignacionem magistri Johannis de Orletone, Rectoris ecclesie de Tyderintone, nostre diocesis, quam de dicta ecclesia facere intendit, ut dicitur, causa permutacionis inter ipsum Johannem et Willelmum de Wyke, Rectorem ecclesie de Etone, vestre diocesis, de suis hujusmodi beneficiis ex causis legitimis faciende, necnon dictum Willelmum ad prefatam ecclesiam de Tyderintone admittendum in forma canonica, et instituendum in eadem et in corporalem possessionem ejusdem ecclesie inducendum, inducive per alium faciendum, et ad omnia alia et singula facienda que hujusmodi permutacionis negocium exigit et requirit, vobis vices nostras committimus cum canonica que in hac parte requiritur potestate, vos rogantes quatinus de hiis que feceritis in premissis nos certificetis per litteras, etc. Datum apud Burtone super Trentham, xv° Kal. Februarii, anno Domini M°CCC°xx.

Quarum auctoritate litterarum dictus dominus Herefordensis Episcopus, resignacionem dicti magistri Johannis acceptans, predictum magistrum Willelmum de Wyke ad ecclesiam de Tiderintone predictam vacantem, ad presentacionem dominorum Prioris et Conventus Lantonie juxta Gloucestriam, verorum patronorum ecclesie antedicte, admisit et Rectorem instituit in eadem, apud Sugwas, xxij die mensis Januarii, anno Domini supradicto. Et eisdem die, loco, et anno mandavit Officiali domini Archidiaconi Gloucestriensis quod ipsum Willelmum induceret seu induci faceret in corporalem possessionem ecclesie supradicte.

Jan. 23.—The Bishop, by authority of the Pope, confers the office of notary public upon Walter de Leominster.

Concessio officii tabellionatus facta Waltero de Leominstrie.—Memorandum quod xxiij° die mensis Januarii, anno Domini M°CCC°xx°, dominus Adam, Episcopus Herefordensis, habens graciam et potestatem a domino Johanne Papa XXII, duos notarios ejusdem Pape auctoritate creandi, prout in litteris apostolicis superius in hujusmodi tabellionatus officii concessione per dictum Episcopum Ricardo Berde clerico facta plenius continetur, Walterum de Leominstrie clericum, loco secundi creavit, recepto ab eodem juramento secundum tenorem dictarum litterarum apostolicarum.

A.D. 1321. *Jan. 22.—The Bishop, commissioned to provide Roger Tille with a benefice, deputes Richard de Vernon to act for him in the matter.*

Commissio pro paupere clerico beneficiando.—Memorandum quod eisdem die, anno, et loco, dominus, executor ad providendum Rogero Tille, pauperi clerico, Herefordensis diocesis, de aliquo beneficio spectante ad collacionem vel presentacionem Abbatis et Conventus Gloucestriensis in diocesi Herefordensi, commisit vices suas magistro R. de Vernoun, canonico Herefordensi.

Jan. 24.—The Bishop commissions John de Bromfield and three others to act for him in letting out, for life or for a term of years, the lands of Bishop's Castle and Lydbury North.

Fol. 49b. Commissio ad tradendum terras apud Castrum et Lidebury ad terminum.—Adam, etc., dilectis et fidelibus suis filiisque in Christo, Johanni de Brompfelde, Waltero de Carles, Rogero Collynge, et Waltero de Esshe, salutem, etc. Ad tradendum et concedendum terras nostras dominicas friscas et arabiles in maneriis nostris de Castro Episcopi et Lidebury ad terminum vite vel annorum tam tenentibus nostris quam aliis quibuscunque, vobis et unicuique vestrum conjunctim et divisim committimus vices nostras, prout vobis et vestrum unicuique ad commodum et utilitatem ecclesie nostre Herefordensis melius et commodius videbitur expedire, ratum et gratum habentes et habituri quicquid vos aut unus vestrum in premissis duxeritis vel duxerit faciendum. In cujus rei, etc. Datum apud Sugwas, vicesimo iiij^to^ die mensis Januarii, anno Domini M°CCC° vicesimo, etc.

A.D. 1320. *Nov. 27.—Walter Carles, Rector of Cradley, having rendered his accounts for various revenues of the Bishopric, is discharged from further liability.*

Aquietancia data Waltero Carles.—Universis, etc., quod nos Adam, etc., recepimus et habuimus a Waltero Carles, Rectore ecclesie de Credelowe, finalem compotum et fidelem de omnibus denariis, bonis, et catallis nostris de toto tempore quo prefatus Walterus extitit receptor et administrator denariorum, bonorum, et catallorum nostrorum temporalium et spiritualium de exitibus nostri Episcopatus ad manus predicti Walteri deveniencium usque ad diem confeccionis presencium. Quo audito et intellecto, com-

A.D. 1320. putato computando et allocato allocando, dictus Walterus se bene et fideliter exoneravit, et quietus recessit, unde nos ipsum Walterum ab iterato compoto reddendo de premissis exoneramus et absolvimus per presentes. In cujus rei, etc. Datum apud Sugwas die Jovis proximo post festum beate Katerine Virginis, anno Domini M°CCC° vicesimo.

A.D. 1321. *Jan. 25.—The Bishop empowers the Proctor of Lyre to let out* ad firmam *the Churches of Linton, Tidenham, Fownhope, Bridstow and Eardisland.*

Licencia data procuratori de Lira ad Tradendum ecclesias ad firmam.—Item eisdem die, anno, et loco,[1] concessit dominus fratri Guillelmo de Skenna, procuratori de Lira, ad tradendum ecclesias de Lyntone, Tudenham, Fowehope, Bridestowe, et Erleslonde, ydoneis personis ad firmam hinc ad triennium, proviso quod eedem ecclesie, quantum ad eum attinet, divinis officiis non fraudentur, et animarum cura, etc.

John de Bristol, Provincial Prior of the Preaching Friars, presents to the Bishop Giles de Gloucester, to be licensed to hear confessions, etc.

Fol. 49b. Littera directa domino per Priorem provincialem predicatorum.—Patri in patre spirituum reverendo, domino Dei gracia Episcopo Herefordensi, frater Johannes de Bristollio, servus fratrum ordinis predicatorum in provincia Anglie licet indignus, salutem, et post labores salubres presentis exilii apostolicis cetibus quorum vices in terris geritis aggregari. Non valens vestram venerabilem dominacionem adire personaliter per execucionem officii, cui licet absque meritis laboriose insisto nimium prepeditus, ad vestre sanctitatis reverenciam consultum censui destinare dilectum michi in Christo fratrem, Egidium de Gloucestria, per me nominatum et electum tanquam virum apud nos sciencia et moribus approbatum; quem vestre excellencie per presentes presento, ut in vestra diocesi confessiones sibi confiteri volencium audiat, et absolvat, eisdem injungendo penitencias salutares de vestra licencia, gracia, et beneplacito speciali. Conservet, etc.

1—*I.e.* "xxv die Januarii, anno Domini M°CCC°xx°, apud Bosbury." The three entries next preceding are institutions, for which see Appendix.

A.D. 1321. *Jan. 26.—The Bishop, going abroad on the King's business, appoints Richard de Vernon to be Vicar-general in his absence.*

Commissio facta magistro R. de Vernoun de vicaria in absencia Episcopi.—Adam, etc., venerabili viro filioque in Christo dilecto, magistro Ricardo de Vernoun, canonico Herefordensi, officiali nostro ac juris canonici professori, salutem, etc. Quia nos, de mandato domini nostri Regis pro quibusdam arduis negociis ipsum tangentibus ad partes transmarinas proficiscentes, administracioni spiritualium nostre diocesis intendere non valemus, de vestra fidelitate et industria plenam in Domino fiduciam reportantes, vos nostrum in absencia vicarium ordinamus et constituimus, ac vobis ad instituendum et destituendum, inquirendum, corrigendum, et puniendum subditorum nostrorum excessus, et a beneficiis, officiis, et administracionibus, cum jus exigit, ammovendum, et omnia alia et singula facienda que ad officium vicarii spectare noscuntur, tenore presencium committimus vices nostras, etc. In cujus rei, etc. Datum apud Bosebury, xxvj die Januarii, anno Domini M°CCC°xx°.

Feb. 3.—The Bishop having found, on his visitation, that the Portionists of Westbury had not proceeded to Holy Orders, and had thereby vacated their prebendal portions, instructs the Dean of Pontesbury to call upon the Patron to present fit persons to the said Church.

Commissio facta contra porcionarios de Westbury.—Adam, etc., dilecto in Christo filio, Decano de Pontesbury, salutem, etc. Quia, in visitacione ex officii nostri debito pastorali nuper facta, comperimus quod ecclesia parochialis de Westbury, nostre diocesis, curam animarum sibi annexam habere dinoscatur, ac porcionarii ejusdem ad sacros ordines, prout requirebat onus ejusdem beneficii, se minime fecerint promoveri, sicque porciones predicte de jure vacent in presenti, vobis tenore presencium committimus et mandamus quatinus coram notario publico aut testibus ydoneis patrono ecclesie predicte, vice et auctoritate nostra, denuncietis sub pena juris quod ydoneas personas ad porciones dicte ecclesie nobis presentet. Quid autem in premissis, etc. Datum apud Shenigfelde, iii° die mensis Februarii, anno Domini M°CCC°xx°, etc.

A.D. 1321. *Feb. 1.—Roger de Breinton, having rendered his account for tithes, etc., is free from further liability.*

Littera data domino R. de Breyntone de iterato compoto non reddendo.—Universis pateat per presentes quod nos, Adam, etc., recepimus et habuimus a dilecto nobis in Christo domino Rogero de Breynton, Rectore ecclesie de Aka, thesaurario nostro, fidelem et finalem compotum de omnibus denariis et aliis bonis nostris que ad manus suas quoquomodo nostro nomine devenerunt de toto tempore quo nobiscum stetit in officio et curam negociorum nostrorum gessit usque ad diem confeccionis presencium, ac ipsum ab iterato compoto reddendo absolvimus, et quietum reddimus per presentes. In cujus rei, etc. Datum apud Schenyngfelde, prima die mensis Februarii, anno Domini M°CCC° vicesimo.

Feb. 3.—The Bishop of Hereford, writing to the Bishop of Salisbury, states the provision proposed to be made for the Vicar of Shinfield, which, it is estimated, will amount to 25 marks a year.

Littera missa Episcopo Sarisburiensi pro vicaria de Schenigfelde.—Venerabili in Christo patri et domino amantissimo, R., Dei gracia Sarisburiensi Episcopo, Adam, ejusdem Dei permissione ecclesie Herefordensis minister, quicquid pertinet reverencie et honoris. Effusam circa nos vestre pietatis graciam devotis prosequentes accionibus graciarum ad sustentacionem vicarii in ecclesia de Schenigfeld, quam Decanus et Capitulum nostre Herefordensis ecclesie in proprios usus optinent, prout nostis, auctoritate vestra instituendi, vice eorundem Decani et Capituli assignamus porciones subscriptas, videlicet omnes oblaciones mortuarias et alia funeraria ad ecclesiam de Schenygfeld et capellam de Swalewefeld dependentem ab ea proveniencia, necnon decimas agnellorum, lane, porcellorum, et aucellarum, lactis, et casei, vitellorum, lini, pannagii, molendinorum, columbarum, piscariarum, pomorum, mellis, pullorum, ovorum, et annuum redditum debitum ad magnum altare de Schenygfeld, mansum apud Schenygfeld, et mansum apud Swalewefeld, cum domibus inibi situatis, in quibus mansis et domibus capellani parochiales habitare solebant. Que porciones juxta communem estimacionem xxv marcas et amplius, licet inquisicio tanti eos non estimet, communibus annis valent, prout dilectus clericus noster, magister R. de Sidenhale, lator presencium, vobis novit plenius intimare. Et vicarius predictus per capellanos et clericos

A.D. 1321. necessarios nomine vicarie sue dictis ecclesie et capelle sumptibus suis faciet deserviri, et Archidiacono cum visitaverit canonice procurari, denariosque sinodales solvet, ac cereos inveniet processionales unacum pane et vino pro indigencia ecclesie et capelle predictarum, cetera autem onera ad dictos Decanum et Capitulum pertinebunt. Paternitati igitur vestre humiliter supplicamus quatinus dicto presentato ea que vestro incumbunt officio faciatis cum gracia et favore. Et si qua insident votis vestris que per nos poterunt expediri, ea nobis, qui vestrum et ecclesie vestre commodum et honorem sinceris optamus affectibus promo-
Fol. 50 veri, fiducialiter demandetis. Bonorum dierum longitudinem tribuat vobis Altissimus, etc. Datum apud Schenyngfelde, iij die mensis Februarii.

Jan. 27.—The Bishop informs the King that lay violence has interfered with Hamo de Sandwich in the exercise of his rights as Vicar of Stottesdon, and asks that instructions may be given to the Sheriff of Shropshire in the matter.

Littera pro vi laica ammovenda.—Excellentissimo Principi ac domino suo reverendo, domino Edwardo, Dei gracia Regi Anglie, domino Hibernie, et Duci Aquitanie illustrissimo, Adam, eadem gracia Episcopus Herefordensis, quicquid potest reverencie et honoris. Celsitudini vestre regie notum facimus per presentes quod quidam sue salutis immemores possessionem domini Hamonis de Sandwico, vicarii ecclesie de Stottesdone, nostre diocesis, comitatus Salopsire, in vicaria ejusdem ecclesie canonice sibi collata, in nostri officii, libertatis ecclesiastice, et juris ejusdem domini Hamonis prejudicium, impediunt et perturbant, pacem ecclesiasticam hostiliter infringendo, et se in dicta ecclesia violenter tenendo, quominus nos officium nostrum spirituale exercere inibi valeamus. Quocirca excellencie vestre humiliter supplicamus quatinus ad vim hujusmodi et potestatem omnimodam in vicaria predicta et domibus ac locis aliis ad ipsam pertinentibus amovendam brachium vestre regalis potencie solita gracia apponatis, breve vestrum super hoc Vicecomiti vestro Salopsire dirigendo, ut inimicorum Christi seviens rebellio sic per vestrum reprimatur subsidium, quod libertas ecclesiastica sub vestre defensionis clipeo tuta maneat et quieta, et vos exinde retribucionem condignam consequi a Domino valeatis. Qui vos ad regimen regni vestri conservet feliciter per tempora diuturna. Datum apud Prestebury, xxvij° die mensis Januarii, anno Domini M°CCC° vicesimo.

A.D. 1321. *Feb. 7.—The Bishop commissions the Official to institute and induct William de Breinton to the Rectory of Aston Ingham, after holding an inquiry as to the vacancy of the same.*

Commissio pro domino W. de Breyntone presentato ad ecclesiam de Astone Ingayn.—Episcopus Officiali salutem, etc. Ad inquirendum super vacacione ecclesie de Astone Ingayn, nostre diocesis, et aliis articulis debitis in hac parte, ad quam dilectus filius Willelmus de Breyntone, presbiter, presentatus existit; et si inquisicio sufficienter faciat pro presentante, et eciam presentato, eundem Willelmum auctoritate nostra ad ipsam ecclesiam admittendum, et instituendum Rectorem in ea, et eum in corporalem possessionem ejusdem ecclesie inducendum seu faciendum induci, et alia agenda que in hac parte agenda exstiterint, vobis tenore presencium committimus vices nostras cum coercicionis canonice potestate. Datum Londoniis, vij° die mensis Februarii, anno Domini M°CCC°xx.

Feb. 7.—The Bishop, at the request of Baldwyn de Treville, commissions the Official and the Archdeacon of Hereford to arbitrate, in a dispute concerning a Chantry, between Alexander de Treville and the Prior of Kilpeck.

Commissio ad instanciam domini Baldewyni de Tryvile.—Episcopus Officiali salutem, etc. Exposuit nobis dominus Baldewynus de Tryvile, miles, quod dominus Alexander, pater suus, et Prior de Kilpeke, quo ad quandam cantariam, de qua lis mota exstitit inter eos, ordinacioni nostre submittere se proponunt, petens ut vobis vices nostras committeremus in hac parte, nostras vobis super hoc litteras dirigendo. Ad ipsius igitur instanciam placet nobis, dum tamen partibus ipsis placuerit, quod vos et dominus Archidiaconus Herefordensis, informacione ab ipsis recepta, decernatis super hoc, arbitrando, vel jure ordinario procedendo, quod justum fuerit et consonum racioni. Datum ut supra.

Feb. 8.—The Bishop allows Thomas de Rowton, of Ludlow, by reason of age and infirmity, to celebrate Mass in the Oratory of his house, instead of in the Parish Church.

Littere concesse Thome de Routone, presbitero, de cantaria.—Adam, etc., dilecto in Christo filio, Officiali suo, salutem, etc. Ad devotam instanciam amicorum placet nobis quod dilectum

A.D. 1321. filium Thomam de Routone, presbiterum, de Lodelowe, nostre diocesis, qui ad celebrandum divina in ecclesia parochiali ville ejusdem per senium et adversam corporis valitudinem prepeditur, in oratorio mansi sui in eadem villa divina usque ad nostrum reditum celebrare, dummodo per hoc parochianis ecclesie vel aliis quorum interest nullum generetur prejudicium, permittatis ; proviso tamen quod ad hoc Rectoris ecclesie predicte consensus accedat, et aliud canonicum non obsistat. Hec autem deduci ad dicti presbiteri noticiam faciatis. Datum Londoniis, viij° die Februarii.

Feb. 9.—The Bishop writes to Richard de Ludlow that, his tenure of the prebendal portion of Westbury being illegal, the Patron, William de Wyne, has been called upon to appoint a fit person in his place.

Littera directa Ricardo de Lodelowe.—Episcopus Ricardo de Lodelowe salutem, etc. Post adventum nostrum Londoniis consuluimus procuratores ibidem super statum porcionum ecclesie de Westbury atque tue, nec per aliquos potuit nostra consciencia informari ad tolerandum te ulterius in detencione porcionis predicte absque gravi periculo animarum. Et ideo domino Willelmo de Wyne, ipsarum patrono, Londoniis reperto, coram notario publico denunciavimus sub pena juris ut ad dictam porcionem ydoneam personam presentet. Tu autem, qui fructus dicte porcionis illicite percepisti, taliter Deo et ecclesie defraudate satisfacere studeas in presenti, ne in districto extremi judicii examine temere percepta et in usus vetitos fortasse consumpta a te dampnabiliter exigantur. Et, sicut alias tibi promisimus, si contingat nos ad Sedem Apostolicam proficisci, domino nostro Pape libenter supplicabimus ut personam tuam ad alia beneficia ecclesiastica habilitare, et alias tuo statui de potestatis sue plenitudine dignetur salubriter providere. Scriptum Londoniis, ix° die Februarii.

Feb. 9.—The Bishop commissions Richard de Sidenhale to enquire whether Edmund de Ludlow, Rector of Beckley, had or had not, before accepting the benefice, been a monk.

Fol. 50b. Commissio pro Edmundo de Lodelowe.—Episcopus dilecto filio, magistro R. de Sidenhale, Rectori ecclesie de Whitebourne, nostre diocesis, commissario nostro, salutem, etc. Fama referente ad nostrum pervenit auditum quod Edmundus de Lodelowe, clericus nostre diocesis, et Rector ecclesie de Bekkele, Lincolniensis dio-

A.D. 1321. cesis, diu antequam dictam ecclesiam fuisset aliqualiter assecutus, in domo Sancti Johannis Baptiste de Lodelowe dicte nostre diocesis pluribus annis habitum gestans regularem in eadem expresse professus exstiterat regulam approbatam, relictoque ordine et habitu suo in apostasia temere conversando; verumque ex multorum fidedignorum relacione didicimus quod fratres dicte domus, quamquam habitum a statu secularium aliqualiter differentem deferre noscantur, nulli tamen promittunt obedienciam, nec propriis renunciant, nec profitentur aliquam regulam approbatam, sicque religiosi minime reputantur, et ideo egredientes domum predictam et seculari habitu utentes, crimen apostasie committere dici non poterunt nec debebunt. Volentes igitur, quatenus in nobis est, tam statui dicti E. quam anime sue saluti salubriter providere, vobis committimus et mandamus, quatinus ad predictam domum de Lodelowe personaliter accedentes, de omnibus premissis et aliis circumstanciis in hac parte vocatis vocandis veritatem diligencius inquiratis, et juxta comperta per eandem racione previa procedatis, pro statu dicti E. clerici quod justum fuerit decernentes; facientes quod decreveritis, ubi et quando videritis expedire, publice nunciari. Ad que omnia et singula vobis vices nostras committimus, etc. Datum Londoniis, ix die Februarii, anno Domini M°CCC°xx°.

Feb. 9.—The Bishop, to silence calumny, certifies, from his own knowledge, that Walter Penk, a Monk of Tintern, but a native of Hereford, had always been recognised as one born in lawful wedlock.

Littere date fratri Waltero Penk, monacho de Tynterne. Universis, etc. Justicie debitum exequi credimus si contra detractorum Deo odibilium estimancium loquacitatem facundiam et maledicere consciencie bone signum calumpniam veritati testimonium perhibemus. Cum igitur dilectus nobis in Christo frater Walterus dictus Penk, monachus Abbacie de Tynterne, Landavensis diocesis, a quibusdam suis emulis falso dicatur illegitimitatis nota respersus, universitati vestre tenore presencium innotescat quod idem Walterus, qui in parochia Sancti Martini civitatis nostre Herefordie traxit originem, ex patre Henrico dicto Penk, et Margeria quam pro uxore sua legitima tenuit, de legitimo matrimonio procreatus pro filio eorum legitimo hactenus publice habitus est in dicta parochia, et aliis locis vicinis, de quo nobis,

A.D. 1321. qui ejusdem W. ab annis teneris habemus noticiam pleniorem, per famam publicam et probaciones alias legitimas sufficienter est facta fides. In cujus rei testimonium eidem Waltero has litteras nostras quibus contra latrantium morsus tutus et premunitus existat duximus concedendas. Datum Londoniis, ix° die Februarii, anno Domini M°CCC°xx°.

Feb. 12.—Adam Murimouth had obtained a Grace from the Pope that he might accept the next vacant Canonry and Prebend of Hereford. He accepted, therefore, the Prebend of Bullinghope, vacant by the death of John de Aquablanca. It was afterwards found that John de Aquablanca had been a Papal Chaplain, and that therefore his preferments, when they fell vacant, were reserved to the Pope. Adam Murimouth, therefore, claims that his Grace from the Pope holds good for the next vacant Prebend: and the claim is allowed by the Bishop.

Littera super protestacione magistri A. Murymouth.—Adam, etc., dilectis filiis Capitulo Herefordensi nostrisque officialibus, ministris, ac subditis quibuscunque, necnon omnibus quorum interest vel interesse poterit in hac parte, salutem, etc. Ad universitatis vestre noticiam deduci volumus per presentes quod anno ab Incarnacione Domini secundum usum ecclesie Anglicane M°CCC°xx°., mensis Februarii die xij, indiccione quarta, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini, domini Johannis divina providencia Pape XXII, in hospicio nostro Londoniis, discretus vir, magister Adam Murymouth, noster canonicus Herefordensis, in nostra presencia constitutus quandam protestacionem seu proposicionem in scriptis redactam fecit et proposuit coram nobis cujus tenor est talis:—

In Dei nomine, Amen. Coram vobis, reverendo Patre, domino Ada, etc., ego, Adam Murymouth, vester canonicus Herefordensis, dico et protestando propono ac proponendo protestor, quod licet Thomas de la Barre, procurator meus, virtute cujusdam gracie motu proprio Sedis Apostolice michi facte de canonicatu et prebenda in ecclesia Herefordensi proximo vacaturo quem ego vel procurator meus ad hec infra mensem a vacacionis ipsius tempore numerandum duxerit acceptandum, prebendam de Bollynghope in prefata ecclesia per mortem bone memorie domini Johannis de Aquablanca, quondam Decani et canonici in ecclesia Herefordensi, de jure et de facto vacantem, quam sub gracia mea posse cadere credidit et michi

A.D. 1321. deberi, sub certis protestacionibus, condicionibus, sive modis, curaverit acceptare, videlicet si sub dicta gracia posset cadere et michi virtute dicte gracie deberetur, et quod jus meum ad aliam prebendam salvum maneret si hujusmodi acceptacio sua non sortiretur effectum, ipsamque prebendam per executores dicte gracie michi, et se in corporalem possessionem ipsius induci procuraverit, premissis protestacionibus, modis, seu condicionibus repetitis, et per prefatum executorem admissis, ac fructus, redditus, et proventus dicte prebende dicto defuncto de consuetudine dicte ecclesie per annum post mortem ipsius debitos ab executoribus ipsius defuncti emerit, et pro sue libito voluntatis disposuerit de eisdem, tamen ad meum auditum, tam per litteras paternitatis vestre quam aliunde perlato rumore, noviter est deductum quod prefatus dominus Johannes de Aquablanca, dum vixit, fuit re vera sacrosancte Sedis Apostolice capellanus, quamquam hujusmodi capellania majorem partem diocesis Herefordensis immo quasi totam diocesim omnino lateret, nec pro tali in prefata ecclesia, civitate, et diocesi haberetur, quodque sanctissimus pater in Christo ac dominus noster, dominus Johannes, divina providencia Papa XXII., asserens collacionem omnium beneficiorum que fuerunt dicti Decani ad ipsum
Fol. 51. specialiter pertinere virtute cujusdam reservacionis beneficiorum quorumcunque capellanorum Sedis Apostolice ubique decedencium, que per ipsam Sedem Apostolicam sub certa forma et cum interpretacione decreti dicitur esse facta, prebendam prefatam tanquam in Curia vacantem, et sub dicta mea gracia non cadentem, cuidem alteri contulit seu conferre proponit. Unde ego, Adam Murymouth predictus, volens Sedi Apostolice in omnibus obedire, prefatam prebendam de Bollynghope ex predicta causa re et verbo dimitto, protestans me nolle tanquam jus habens in ea vel ad eam exnunc de prefata prebenda intromittere quovismodo, nisi de fructibus, redditibus, et proventibus ipsius vice et auctoritate executorum dicti defuncti titulo, ut premittitur, empcionis. Protestor eciam quod justa ignorancia mea et procuratoris mei michi non prejudicet in futurum quominus gracia mea predicta maneat michi salva, et quod virtute illius proximam prebendam in prefata ecclesia vacaturam, quam duxero, ut premittitur, acceptandam, valeam acceptare, et cetera perinde facere et procurare fieri in hac parte que possem de jure, si prebenda de Bollynghope meo nomine in forma acceptata michi collata, aut nomine meo possessa fuisset.

A.D. 1321. Nos igitur attendentes quod bone memorie dominus J. de Aquablanca, quondam Decanus Herefordensis, dum vixit, capellanum domini Pape se nominavit, et pro tali se gessit, quodque dominus noster Papa predictus in presencia nostra omnia beneficia capellanorum suorum ubique decedencium collacioni Sedis Apostolice fore specialiter reservata [decrevit], et quod hujusmodi reservacionis pretextu[1] de omnibus beneficiis que fuerunt dicti Decani intendebat personis ydoneis providere, prefatam protestacionem seu proposicionem ad omnem effectum qui ex ea de jure sequi poterit vel debebit duximus admittendam, ipsamque, quantum de jure vel de gracia possumus, acceptamus. Vobisque omnibus et singulis intimamus quod nostre intencionis et voluntatis extitit et existit quod non obstantibus acceptacione, collacione, et aliis factis pro parte dicti magistri Ade de prebenda de Bollynghope, de quibus in dicta protestacione plenius continetur, idem magister Adam vel suus procurator legitime constitutus aliam prebendam in prefata ecclesia nostra Herefordensi juxta vim, formam, et effectum gracie sue sibi ab Apostolica Sede concesse valeat acceptare, et cetera peragere et fieri procurare que ad assecucionem hujusmodi prebende sibi viderit expedire. In quorum omnium testimonium presentes litteras per manum Reginaldi de Monselowe, etc., notarii nostri, de mandato nostro scriptas sigillo nostro fecimus communiri. Actum et datum anno, mense, die, indiccione, et loco predictis, in presencia testium subscriptorum etc., videlicet, Johannis de Ertecombe, notarii publici, et Reginaldi dicti Perot, Herefordensis diocesis. Et ego Reginaldus de Monselowe, etc., premissis protestacioni seu proposicioni, admissioni acceptacionis ejusdem, et aliis superius per me scriptis unacum prescriptis testibus adhoc notatis specialiter et rogatis presens interfui, anno, mense, die, indiccione, et loco predictis, eaque sic vidi fieri et audivi, et ea omnia de mandato dicti patris ac domini mei Episcopi, et ad rogatum dicti magistri Ade in hanc publicam formam redegi et post apposicionem sigilli ipsius patris ac domini mei hoc instrumentum publicum meo signo consueto signavi.

A.D. 1320. *Nov. 19.—Thomas de Portington, Rector of Taynton, resigns his benefice, for the purpose of carrying out an exchange with Walter de Bonevill, Rector of Welby.*

Permutacio ecclesiarum de Teyntone et de Welleby Herefordensis et Lincolniensis diocesium.—In Dei nomine,

1—In MS. *predextu*.

A.D. 1320. Amen. Cum intencionis mee Thome de Portington, Rectoris ecclesie de Teyntone, Herefordensis diocesis, fuerit et sit ipsam ecclesiam meam de Teynton cum ecclesia de Welleby, Lincolniensis diocesis, cujus Rector existit Walterus de Bonevill, ex causis legitimis me ad id inducentibus, permutare, dummodo patronorum et ordinariorum dictarum ecclesiarum consensus et auctoritas, et cetera que requiruntur de jure interveniant in hac parte, protestor quod si quam resignacionem fecerim in futurum de ecclesia mea predicta, eam ex causa permutacionis ecclesie mee predicte cum ecclesia de Welleby prenominata, et non alias intendo facere quovismodo, constitucione felicis recordacionis Clementis Pape V in omnibus observata. A qua quidem protestacione nullatenus recedere intendens ecclesiam meam predictam, domine Henrice, pater reverende, Dei gracia Episcope Lincolniensis, in vestras sacras manus ex causa permutacionis predicte faciende et non alio modo, pure, sponte, et absolute resigno per presentes. In cujus rei testimonium presentibus sigillum meum est appensum. Et quia sigillum meum pluribus est incognitum, sigillum venerabilis patris domini J., Dei gracia Northwicensis Episcopi, apponi procuravi eisdem. Datum Londoniis, xiij° Kal. Decembris, anno Domini M°CCC°xx°.

A.D. 1321. *Feb. 14.—The Bishop appoints Henry de London to be his Proctor in the Court of Canterbury.*

Procuracio domini.—Pateat universis per presentes quod nos, Adam, etc., in omnibus causis et negociis nos sive ecclesiam
Fol. 51b. nostram qualitercunque contingentibus in Curia Cantuariensi, etc., dilectum nobis in Christo magistrum Henricum de Londoniis, clericum, nostrum facimus, ordinamus, et constituimus procuratorem, dantes eidem generale mandatum et specialem potestatem nomine nostro et ecclesie nostre predicte agendi, etc. Datum Londoniis, xvi° Kal. Marcii, anno Domini M°CCC°xx°.

Feb. 15.—Matthew de Ludlow had uttered blasphemous words against St. Thomas Cantilupe and Bishop Swinfield. His brother, Nicholas de Ludlow, and Adam Murimouth interceded with the Bishop, pleading that the offence was thoughtless rather than intentionally criminal. The Bishop, therefore, is content with a public confession of his wrong-doing in the Parish Church of Ludlow, during the time of Divine Service.

Littera ad instanciam magistri Nicholai de Lodelowe.—Episcopus Officiali, etc. Exposuit nobis discretus vir, carus

A.D. 1321. amicus noster in Christo, magister Nicholaus de Lodelowe, quod Mattheus frater suus quedam verba inhonesta non tamen publice set privatim protulit coram paucis, que licet in injuriam seu blasphemiam gloriosi patroni nostri, sancti Thome, et recolende memorie R., proximorum predecessorum nostrorum, prima facie tendere videbantur, tamen ea ex quadam levitate et non ex pertinacia seu dolosa temeritate nec animo injuriandi seu blasphemandi dicitur protulisse. Quare venerabilis vir, magister A. Murimouth et idem Nicholaus nobis humiliter supplicarunt quatenus eundem Matheum quo ad modum prolacionis eorum se excusare volentem admittere dignaremur. Unde nobis attendentibus[1] quod, licet idem Matheus in hac parte culpabilis sit repertus, ex labore tamen et pudore quos propter hanc causam incurrit utcunque punitus, hujusmodi levis culpa ei leniter poterit indulgeri, sufficere videtur quod ex quo dicta verba per delacionem aliquorum et vestrum processum in noticiam publicam devenerunt, idem Matheus aliquo die solempni infra missarum solempnia, quando major aderit populi multitudo, post offertorium decantatum in parochiali ecclesia de Lodelowe ad excusacionem suam publice recognoscat, per se vel presbiterum parochialem, qui nomine suo in sua presencia hec declaret, quod non animo injuriandi, blasphemandi, seu detrahendi, nec in contemptum sanctorum verba dixerat supradicta. Volumus igitur ut quo ad premissa agatis micius cum eo, penam publicam si quam eidem ea accione decreveritis injungendam in aliam Deo et Sanctis gratam benignius commutando. Datum Londoniis, xv° die Februarii.

A.D. 1320. *Sept. 26.—Final statement of the reforms effected by the Bishop in the Priory of Abergavenny, in accordance with the Pope's Mandate.*

Innovacio reformacionis prioratus de Bergeveny.—Universis, etc. ut supra,[2] usque nos igitur, volentes hujusmodi mandatum apostolicum reverenter exequi, ut tenemur, et ad predictam domum que prioratus, ut premittitur, nuncupatur, die Jovis proxima post festum Sancti Mathei Apostoli et Evangeliste, anno Domini M°CCC° vicesimo, personaliter accedentes, comparentibusque dicto die in ecclesia conventuali prioratus predicti coram nobis, in dicto negocio pro inquisicione in ea parte per nos auctoritate predicta facienda sedentibus, quodam fratre Fulcone Gastard nuncupato,

1—In MS. *nos attendentes.* 2—See p. 151.

A.D. 1320. priorem dicti prioratus dativum a dicto Abbate se dicente prefectum, predicti Abbatis procuratorem, tam suo quam ipsius Abbatis nomine, ac aliis monachis dicti prioratus in eodem tunc residentibus, juxta premunicionem ac vocacionem eis, ut inquisicioni predicte faciende, ut premittitur, certis die et loco interessent, facturi et recepturi quod dictum mandatum apostolicum exigebat et requirebat, auctoritate nostra factas, perlectisque mandato apostolico supradicto ac littera certificatoria super premunicione et vocacione predictis, ipsorumque copia omnibus quorum interfuit, ac omni defensione legitima in ea parte decreta pariter et concessis eisdem, inquisicionem super contentis in mandato apostolico supradicto juxta formam ejusdem tam per loci diocesanum quam per ejusdem loci monachos, ac eciam per rectores, vicarios, capellanos, clericos, et multitudinem copiosam de dicta diocesi et vicinis, qui premissorum per dictum nobilem, ut premittitur, suggestorum verisimiliter melius scire poterant veritatem, predictis personis omnibus et singulis per quas inquirebamus super hiis prius in forma juris juratis, et nostra auctoritate singillatim examinatis, fecimus diligentem, per quam evidenter comperimus bona prioratus predicti valere, et a diu est, videlicet a quadraginta annis citra et amplius, valuisse ducentas et quadraginta marcas sterlingorum et amplius annuatim, ex quibus bonis tresdecim monachi et plures juxta morem regularium et patrie consuetudinem possent commode sustentari et onera eis ac dicto prioratui incumbencia supportare. Idemque nobilis ad divini cultus augmentum et ampliorem numerum monachorum in dicto prioratu futuris temporibus sustentandum duas carucutas terre juxta Castrum de Bergeveny cum pratis, pascuis, moris, et aliis pertinenciis ad terram predictam pertinentibus, et viginti libras sterlingorum annuas de eodem Castro singulis annis in festis Beati Michaelis Archangeli et Annunciacionis Dominice pro equalibus porcionibus in dicto Castro percipiendas, quosque eisdem monachis et predicto prioratui de aliis redditibus et proventibus usque ad valorem dictarum viginti librarum per eundem nobilem seu suos heredes fuerit provisum, et plenarie satisfactum, pro se et heredibus suis eidem
Fol. 52. prioratui dedit, concessit, et cum effectu ac realiter assignavit. Comperimus eciam per inquisicionem predictam monachos dicti prioratus in eodem residentes propter nimiam Abbatis predicti distanciam ab eodem Abbate seu ipsius auctoritate a quadraginta annis citra minime visitatos. Invenimus insuper omnes et singulos

A.D. 1320. monachos in eodem prioratu residentes observancias regulares in eodem prioratu a diu est retroactis temporibus nullatenus observasse, set ipsos quasi omnes, abiecta religionis honestate, vitam duxisse enormiter dissolutam, videlicet incontinenter viventes, et quampluries extra dictum prioratum eciam nocturno tempore devagantes, et aliquociens cum meretricibus et aliis suspecte vite mulieribus a laicis deprehensos, et vulgo ostensos, in scandalum et opprobrium totius ordinis supradicti, ipsosque monachos silencium in claustro, mensa, et aliis debitis horis et locis minime observantes, set pocius simul inhonesta et turpia colloquia immiscentes, et garula loquacitate utentes, carnes in refectorio eciam quartis feriis et in septuagesima comedentes, jejunia adventus Domini, quatuor temporum, et alia precipue monachis solita et consueta nullatenus observantes, divinum officium pariter et nocturnum ordinate in ecclesia horis competentibus minime peragentes, set illis horis ad taxillos et alios ludos vetitos colludentes et quosdam ipsorum spectaculum suorum corporum facientes aliquociens, quod non sine cordis amaritudine referimus, nudi extensis brachiis cum baculis et ligatis ad modum crucifixi, stramine vel alio aliquo ad modum corone capitibus eorum superposito, de ipsorum dormitorio nocturno tempore decendentes, et sic incedentes, ac ludentes coram sociis suis et aliis inibi morantibus, et alia enormia facientes que ad presens propter ipsorum enormitatem nimiam subticemus. Invenimus eciam quod a quadraginta annis proximo preteritis ante datam litterarum apostolicarum predictarum communiter quinque monachi dumtaxat, quandoque tamen sex, in dicto prioratu residebant, nec priorem electivum invenimus perfectum aliquo tempore in eodem. Invenimus eciam per dictam inquisicionem quod dictus prioratus, propter culpam et insolenciam monachorum degencium in eodem, ac per alienacionem bonorum eidem pertinencium, in temporalibus et spiritualibus quatenus plurimum est collapsus, necnon predictum fratrem Fulconem Gastard paulo ante adventum nostrum predictum ad dictum prioratum duos calices argenti, tresdecim cocliaria argenti, quinque pannos de serico, munimenta varia, statum dicti prioratus tangencia, quedam eciam originalia sanctorum, et libros alios, ac quedam alia bona ad dictum prioratum spectancia temere fecisse ad remota loca temeritate propria et ausu sacrilego clanculo asportari, qui eciam postquam per nos ad restituenda munimenta predicta et alia per eum amota monitus et jussus fuerat, idem facinorum suorum conscius clam de nocte a dicto prioratu recedens

A.D. 1320 ulterius coram nobis comparere aut hujusmodi amota per ipsum restituere non curavit. Comperimus eciam per inquisicionem predictam dictum Fulconem de adulteriis variis ac pluribus incontinencie viciis et aliis dissolucionibus criminosis adeo fore culpabilem quod in dicto prioratu sine gravi scandalo non poterat ulterius inoffensa justicia tollerari, et quod omnia et singula fuerunt et sunt ita publica et notoria in partibus de Bergeveny et locis vicinis quod nulla poterant nec poterunt tergiversacione celari. Unde nos habita super hiis plena deliberacione cum venerabili in Christo patre, domino Johanne, Dei gracia Landavensi Episcopo, loci diocesano, et religioso viro, domino Ricardo eadem gracia Abbate de Dore, Cisterciencis ordinis, sacre pagine doctore, et aliis peritis nobis assidentibus, et in dicta inquisicione et in processu toto per nos in hac parte facto et habito continue presentibus, quia invenimus, ut premittitur, facultates ipsius prioratus preter illas quas dictus nobilis de bonis suis eidem prioratui, ut premittitur, erogavit, ad sustentacionem duodecim monachorum et prioris perpetui in eodem per nos auctoritate predicta instituendi ac eciam ordinandi sufficere, juxta morem regularium precipue patrie memorate, prefatum numerum monachorum et priorem qui in spiritualibus et temporalibus presit eisdem sub ipsius prioris obediencia juxta formam apostolici mandati moraturis, et servaturis ibidem ad laudem divini nominis observanciam regularem in eodem prioratu auctoritate predicta instituimus, et eciam ordinamus; et eidem prioratui de religioso viro fratre Ricardo de B[romwiche], monacho, prioratus ecclesie cathedralis Wygorniensis, ordinis Sancti Benedicti, sacre pagine doctore, in ordine sacerdotali et etate legitima constituto, et de legitimo matrimonio procreato, viro utique provido et districto, ac in spiritualibus et temporalibus plurimum circumspecto, et in dicto prioratu Wygorniensi ordinem predictum expresse professo, canonice providemus, et ipsum fratrem Ricardum eadem auctoritate in priorem dicti prioratus de B. hac vice preficimus, instituimus, ac eciam ordinamus, curam et administracionem dicti prioratus eidem fratri Ricardo plenarie committentes. Ordinamus eciam auctoritate predicta ut, quociens deinceps dictus prioratus priore carebit, monachi predicti prioratus priorem sibi per eleccionem canonicam eligant, per loci diocesanum, ut justum fuerit, confirmandum, ac faciendum ulterius quod dictum mandatum apostolicum exigit et requirit, salva prefatis Abbati et Monasterio Cenomannensi pensione centum et septem solidorum, quam per inquisicionem predictam invenimus fuisse et esse con-

A.D. 1320. suetam et eisdem debitam ab antiquo. In quorum omnium testimonium, etc. Datum apud Bergeveny v° Kal. Octobris, anno Domini millesimo CCC° vicesimo, etc.

A.D. 1321. *May 15.—William de Laudunum, Papal Nuncio, writes to the Bishop, demanding the arrears of his Procurations from the Diocese, six marks only having been paid as yet.*

Fol. 52b. Commissio facta domino Herefordensi Episcopo ad levandum in diocesi sua procuraciones debitas fratri Willelmo de Lauduno, nuncio Sedis Apostolice.—Venerabili in Christo patri domino, etc., frater W. de Lauduno, sacri palacii lector, ordinis Predicatorum, ac nuncius Sedis Apostolice, salutem in Domino sempiternam. Litteras sanctissimi patris, domini Johannis, divina providencia Pape XXII, continencie recepimus infrascripte :— Johannes Episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus universis, Archiepiscopis et Episcopis, ac dilectis filiis, electis Abbatibus, Prioribus, Decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbiteris, plebanis, et aliis ecclesiarum prelatis et rectoribus et eorum vices gerentibus, aliisque personis ecclesiasticis, secularibus et regularibus, ecclesiarum, et monasteriorum capitulis et conventibus, exemptis et non exemptis, Cisterciensium, Cluniacensium, Cartusiensium, Grandmontensium, Premonstratensium, Sanctorum Benedicti et Augustini, et aliorum quorumcunque ordinum, magistrisque ac prioribus et preceptoribus Hospitalium Sancti Johannis Jerosolimitani, ac beate Marie Theutonicorum et Calatravensis, ad quos presentes littere pervenerint, salutem et apostolicam benediccionem. Cum nos dilectum filium Guillelmum de Lauduno, ordinis Predicatorum, in Sacra Theologia magistrum, in Curia Romana lectorem, Apostolice Sedis nuncium, exhibitorem presencium, ad regnum Anglie, et Hibernie ac Wallie partes, sibi et venerabili fratri nostro, Rigaldo Episcopo Wintoniensi, quibusdam arduis commissis negociis destinemus, universitatem vestram rogamus, monemus, et hortamur attencius, et per apostolica vobis scripta mandamus quatenus eundum Guillelmum, cum per partes et loca vestra transitum fecerit, ob reverenciam Apostolice Sedis et nostram benigne recipientes, et honeste tractantes, et pro suis et familie sue necessariis singulis diebus de tribus florenis auri, cum super hoc per eundem Guillelmum aut ejus nuncium requisiti fueritis, in eundo, morando, et redeundo, liberaliter providere curetis. Quod si prefatum Guillelmum in aliquo loco vel locis pro hujusmodi

A.D. 1321. negociis morari contigerit, volumus quod venerabiles fratres nostri, Archiepiscopi et Episcopi, necnon et dilecti filii, electi Abbates, Priores, Decani, Prepositi, Archidiaconi, Archipresbiteri, plebani, et alii ecclesiarum prelati, et rectores, eorumque vices gerentes, et alie persone ecclesiastice, seculares et regulares, ecclesiarum, et monasteriorum capitula et conventus, exempti et non exempti, Cisterciencis, Cluniacenses, Cartusienses, Grandymontenses, Premonstratenses, sanctorum Benedicti et Augustini, et aliorum quorumcunque ordinum, magistri quoque ac priores et preceptores Hospitalium Sancti Johannis Jerosolimitani, beate Marie Theutonicorum et Calatravensis, per regnum et terras predictas constituti, pro hujusmodi necessariorum oneribus dividendis et facilius supportandis contribuere, sicut idem Guillelmus expedire viderit, teneantur. Sic igitur hujusmodi mandatum nostrum adimplere curetis, quod idem Guillelmus, cum ad nos redierit, de vobis grata referre valeat, nosque devocionem vestram proinde commendare possimus. Alioquin sentenciam quam idem Guillelmus propter hoc per se vel per alium seu alios rite tulerit in rebelles, super quo plenam sibi concedimus tenore presencium potestatem, ratam habebimus, et faciemus auctore Domino usque ad satisfaccionem condignam appellacione remota inviolabiliter observari; non obstantibus si vobis vel quibusvis aliis communiter vel divisim a Sede Apostolica sit indultum quod quibuscunque legatis seu nunciis sedis ejusdem procuraciones solvere vel in ipsis contribuere, nisi ad eos declinaverint, minime teneantur, seu quod excommunicari, suspendi, vel interdici non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mencionem, et quibuslibet privilegiis, indulgenciis, et litteris dicte Sedis generalibus vel specialibus quorumcunque tenorum existant, de quibus in nostris litteris de verbo ad verbum habenda sit mencio specialis, et per que effectus presencium impediri posset quomodolibet vel differri. Datum Avinione, x° Kal. Januarii, pontificatus nostri anno v°. Quia igitur pro expensis nostris, de quibus supra fit mencio, recepimus sex marcas a vobis, pro vobis et aliis religiosis et clericis vestre diocesis, exemptis et non exemptis, vobis committimus quatenus ab omnibus et singulis vestre diocesis, exemptis et non exemptis, prout superius continetur, porciones suas arbitrio vestro equitate pensata in hac parte moderandas, usque ad summam supradictam sumptuum et expensarum que ea occasione debite fieri continget, exigere et recipere valeatis cum effectu, contradictores et rebelles per quascunque censuras ecclesiasticas

A.D. 1321. compellendo. Ad que omnia et singula vobis committimus vices nostras, etc. In cujus rei, etc. Datum Londoniis, Id. Maii, anno Domini M°CCC°xxj.

May 15.—The Archbishop, on behalf of William de Laudunum, acknowledges the receipt of 6 marks from the Bishop.

Item acquietancia Archiepiscopi Cantuariensis, collectoris dictarum procuracionum, de vi marcis pro domino Herefordensi et clero sue diocesis.—Tenore presencium pateat universis quod nos Walterus, permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus, totius Anglie primas, per venerabilem virum et religiosum fratrem, Guillelmum de Lauduno, ordinis Predicatorum, sacri palacii lectorem, ac Apostolice Sedis nuncium ad partes destinatum Anglicanas, ad recipiendum procuraciones sibi debitas in nostra provincia specialiter deputati, recepimus de venerabile fratre nostro, domino Ada, etc., sex marcas nomine procuracionis ejusdem pro prefato Episcopo et sibi subjectis viris ecclesiasticis, qui ad contribucionem procuracionis tenentur antedicte. In cujus rei, etc. Datum apud Lamhethe, Idibus Maii, anno Domini M°CCC°xxj°.

May 20.—Mandate of the King to relax the sequestration placed upon the benefice of Chetton, the Rector of which, Godfrey de Rudham, was in attendance on the King.

Fol. 53. Mandatum domini Regis pro persona de Chetyntone.—Edwardus, etc. Cum clerici nostri ad faciendum in suis beneficiis residenciam personalem, dum nostris immorantur obsequiis, compelli aut alias inde molestari aut inquietari non debeant, nosque et progenitores nostri, quondam Reges Anglie, hujusmodi libertate et privilegio pro clericis nostris a tempore quo non existit memoria usi sumus, vobis mandamus quod dilectum clericum nostrum, Godefridum de Rudham, personam ecclesie de Chetinton, vestre diocesis, qui jugiter nostris intendit obsequiis, ad personalem residenciam in predicto beneficio suo faciendam, dum eisdem obsequiis immoratur, nullatenus compellatis; et sequestracionem, si quod in fructibus beneficii sui predicti per vos aut vestros fuerit appositum, sine dilacione relaxari faciatis. Teste me ipso apud Westmonasterium, xx° die Maii, anno regni nostri xiij°.

A.D. 1321. *July 1.—R. Petit, Rector of Avenbury, resigns that benefice, which is appropriated to the Abbot and Convent of Dore.*

Ecclesia de Avebury.—Memorandum quod prima die Julii, anno Domini supradicto, apud Whitebourne, accceptavit dominus resignacionem domini R. Petyt, ultimi Rectoris ecclesie de Avebury, diocesis Herefordensis, de ipsa ecclesia in manibus suis factam, et ipsum tunc absolvit a cura animarum dicte ecclesie, et eisdem die et loco litteratorie concessit facultatem dominis Abbati et Conventui de Dora, ordinis Cisterciencis, ingrediendi corporalem possessionem ipsius ecclesie, eis alias per dominum Herefordensem Episcopum de consensu Capituli sui Herefordensis canonice appropriate.

July 7.—The Bishop, during the minority of Alice Roculf, the next heiress, gives the lands, lately held in capite *from the Bishopric by John Irwin, into the custody of her father, William Roculf of Wigmore.*

Custodia terrarum et tenementorum J. Iwein.—Adam, etc., omnibus ad quos presentes littere pervenerint salutem, etc. Sciatis nos concessisse Willelmo Roculf de Wygmore, custodiam terrarum et tenementorum que fuerunt Johannis Iwein, clerici, de nobis tentorum in capite, que quidem tenementa racione minoris etatis Alicie, filie Willelmi predicti, et heredis dicti Johannis, in Werham et suburbio Herefordie, in manu nostra existunt, habenda et tenenda cum omnibus ad illam custodiam spectantibus usque ad legitimam etatem heredis predicte; reddendo inde nobis per annum vij libras, iij solidos et iiij denarios ad iiij anni terminos, videlicet ad festa Nativitatis beati Johannis Baptiste, Sancti Michaelis, Natalis Domini, et Annunciacionis beate Marie, per equales porciones, salvo nobis maritagio corporis heredis predicte, et eciam dotibus et aliis reversionibus terrarum et tenementorum que accidere contigerint racione custodie illius ea custodia sic durante. De qua quidem annua solucione predictus Willelmus nobis satisfecit totaliter usque ad festum Nativitatis beati Johannis Baptiste proxime futurum post diem confeccionis presencium, ad quod festum incipiet prima solucio pecunie memorate. Et si contingat prefatum Willelmum in solucione predicta ad aliquem terminum in toto vel in parte deficere, tunc bene licebit nobis omnia predicta tenementa, ad quaseunque manus devenerint, ingredi, et omnia bona et catalla in eisdem inventa distringere, et districciones firmiter retinere pro

A.D. 1321. voluntate nostra quousque nobis de tota pecunia que a retro fuerit plenarie fuerit satisfactum. In cujus rei testimonium huic scripto ad modum cirografi confecto, parti remanenti penes dictum Willelmum, sigillum nostrum est appensum. Et dictus Willelmus parti remanenti penes nos sigillum suum apposuit. Datum apud Whytebourne die Martis in festo Translacionis Sancti Thome martiris, anno regni regis E., filii regis Edwardi, xv° incipiente.

July 29.—The Bishop of Lincoln commissions the Bishop of Hereford to act for him in the matter of an exchange of benefices between Thomas de Weston, Portionist of Burford, and Richard de Aldonestre, Rector of Adwell. A similar Commission is given for an exchange between the Rectors of Moccas and Bourton-by-Brampton.

Fol. 53b. Commissio facta domino Herefordensi per Lincolniensem pro permutacione ecclesie de Adewell, Lincolniensis, et porcionis Thome de Westone in ecclesia de Boreford, Herefordensis diocesis.—Venerabili in Christo patri, domino Ade, Henricus, Lincolniensis Episcopus, salutem, etc. Cum Thomas de Westone, Rector porcionis ecclesie de Boreforde, vestre diocesis, et Ricardus de Aldonestre, Rector ecclesie de Aldewelle, nostre diocesis, proponant dicta sua beneficia inter se ex causis legitimis mutuo, ut asseritur, permutare, dum tamen assensus et auctoritas eorum quorum interest intervenerint in hac parte, nos, quorundam instancia requisiti, paternitati vestre reverende, de qua plenam gerimus fiduciam, ad inquirendum de causis permutacionis hujusmodi, ut predicitur, faciende, examinandum, et canonice acceptandum easdem, ac permutacionem hujusmodi faciendam, quatenus ad nos pertinet, juxta sancciones canonicas approbandam, et in eo eventu si permutacionis causas predictas duxeritis approbandas, prefatum Thomam de Westone ad dictam ecclesiam de Adewell, nostre diocesis, ad presentacionem patroni ipsius, recepta prius pro nobis resignacione Rectoris ejusdem canonica, si vobis oblata fuerit, admittendum, et Rectorem canonice instituendum in ea, reservatis nobis ipsius Thome de Westone obediencia canonica, et induccione ejusdem in corporalem possessionem dicte ecclesie de Aldwelle, prout de jure facienda, vices nostras committimus per presentes; rogantes quatenus de processu vestro in hac parte habendo nos per dictum Thomam de Westone velitis per litteras vestras patentes harum et ejusdem processus vestri seriem continentes reddere certiores. In prosperitate diutina et votiva vigeat vobis salus. Datum apud Newentone

A.D. 1321. juxta Londonias, iiij° Id. Augusti, anno Domini M°CCC° vicesimo primo.

Item similes litteras recepit pro permutacione ecclesie de Molkas cum vicaria de Bourton juxta Bamptone.

Sept. 3.—The Bishop writes to the Earl of Pembroke that Matthew de Tilton, Vicar of Goodrich, has purged himself of the charge brought against him of harbouring a robber, and asks that the goods of the benefice may be restored to him.

Littera domini directa Comiti Pembrochie pro restitucione bonorum vicarii de Castro Godrici eidem vicario facienda.—Magnifico et potenti viro, domino Adomaro de Valence, Comiti Pembrochie, Adam, etc., quicquid potest reverencie et honoris. Quia Matheus de Tilton, vicarius ecclesie de Castro Godrici, de receptacione Rogeri de Glen, de latrocinio convicti, diffamatus, et ob hoc in castro predicto carceralibus vinculis mancipatus, ac demum per judicem secularem ad nostram peticionem, juxta ecclesiasticam libertatem et regni Anglie consuetudinem, a nobis judicandus, nostro Commissario ad hoc specialiter deputato, juris ordine qui in hac parte requirebatur in omnibus observato, de crimine predicto legitime se purgavit, nobilitatem vestram requirimus et rogamus quatenus bona dicti vicarii, hac occasione per vestros ministros dicti Castri in manu vestra capta, sibi restitui, prout justum est, integraliter faciatis. Datum apud Bosebury, iij° die mensis Septembris, anno Domini M°CCC°xxj°

Sept. 26.— The Bishop commissions the Archdeacon of Hereford to cite the Prior and Monks of St. Guthlac's to a Visitation of the Priory, which he intends to make on October 5.

Fol. 54. Commissio facta Archidiacono Herefordensi ad premuniendum et citandum Priorem et Monachos Sancti Guthlaci Herefordensis prout infra patet.—Adam, etc., dilecto in Christo filio, Archidiacono Herefordensi, etc. Ad audienciam nostram frequens fama produxit quod prioratus Sancti Guthlaci juxta Herefordiam, nostre diocesis, ob culpam et insolenciam fratris W., prioris ejusdem, qui, monachali penitus honestate abjecta, et regularis observancie virtute calcata, vitam ducit frequenter extra prioratum cum personis secularibus dissolutam, et in regimine ejusdem prioratus negligens et remissus bona ipsius dilapidat nequiter et consumit, adeo est collapsus in spiritualibus et tem-

A.D. 1321. poralibus, et collabitur incessanter quod, nisi salubri et celeri remedio succurratur, vix adiciet ut resurgat. Quia igitur nos, tam ex officii debito quam ex mandato apostolico, ad corrigendum et reformandum ibidem tam in capite quam in membris que correccionis et reformacionis officio viderimus indigere, die Lune proximo post festum Sancti Thome, Confessoris et Patroni nostri, ad dictum prioratum personaliter intendimus declinare, vobis committimus et mandamus quatenus prefatum priorem et monachos ejusdem loci vice nostra premuniatis et peremptorie citetis quod dicto die in Capitulo eorundem nostro se conspectui representent, facturi et recepturi quod justicia suadebit. Et quid feceritis, etc. Datum apud Bosebury, vj° Kal. Octobris, anno Domini M°CCC°xxj°.

Oct. 4.—Gilbert de Reigate, Rector of Bridge Sollers, resigns that benefice, which is appropriated to the Prioress and Convent of Aconbury.

Bruggesolers.—Memorandum quod iiij° die mensis Octobris, anno Domini supradicto, magister Gilbertus de Reygate, Rector ecclesie de Bruggesolers, diocesis Herefordensis, in capella domini Episcopi apud Sugwas, coram eodem personaliter constitutus, ecclesiam predictam in manus dicti domini Episcopi resignavit. Et statim eodem die mandavit dominus litteratorie Rectori ecclesie de Malmeshull quod induceret procuratorem Prioriss et Conventus de Acornebury in corporalem possessionem dicte ecclesie, eisdem alias per suum immediatum predecessorem appropriate.

Sept. 29.—The Bishop grants to Richard de Vernon permission to unite to his Canonical House the empty house near the Bishop's Palace, and the house once inhabited by Hugh de Braose, Penitentiary of Hereford.

Fol. 54b. Littera unionis domorum canonicalium contiguarum palacio domini Episcopi Herefordensis, et illarum quas dudum inhabitavit Hugo de Brehousa, quondam Penitenciarius Herefordensis.—Adam, etc., dilecto in Christo filio, magistro R. de Vernon, canonico nostre Herefordensis ecclesie, salutem, etc. Ex parte Capituli nostri Herefordensis nobis fuit sepius intimatum quod juxta nostram ecclesiam Herefordensem plures sunt domus canonicales, que propter artitudinem locorum, et alia incommoda ad congruam habitacionem canonicorum in ipsa ecclesia residere volencium non sufficiunt, ut deceret; unde sit quod alique earum vacantes

A.D. 1321. tanquam inutiles negliguntur, ac ruinis exposite, et per negligenciam desolate, cum habitatores non inveniant, statum deformant, et decorem obnubilant nostre ecclesie memorate; propter quod nobis cum instancia supplicarunt ut ecclesiastico honori et canonicorum utilitati curaremus per unionis remedium providere, ne, si secus fiat, multitudo domorum ad paucitatem lapsu temporis redigatur. Cum igitur domus canonicales que inpresenciarum inhabitate [sunt] et domus eisdem vicine, quas bone memorie dominus Hugo de Brehousa, quondam Penitenciarius noster, inhabitavit, per mortem ipsius nunc vacantes, premissis et aliis incommodis, de quibus in litteris nostri Capituli memorati nobis super hoc directis plenior fit mencio, sint subjecte, quas per tuam sollicitudinem et providenciam speramus in melius reformandas, ipsas domos vacantes, ut premittitur, tuis domibus de consensu dicti Capituli aggregare decrevimus et unire, easque tibi conferimus et concedimus sic unitas. In quorum testimonium, etc. Datum Herefordie, iij° Kal. Octobris, anno Domini M°CCC°xxj°.

Et pro induccione ejusdem magistri R. mandavit domino Archidiacono Herefordensi et magistro Henrico de Schorne, canonico in ecclesia Herefordensi supradicto.

Feb. 5.—The Bishop of Salisbury institutes Thomas de Bosbury to the Vicarage of Shinfield, on the presentation of the Chapter of Hereford.

Institucio vicarii de Schenygfelde.—Rogerus, permissione divina Sarisburiensis Episcopus, dilecto filio, Thome de Bosebury, presbitero, salutem, etc. Ad vicariam ecclesie de Schenygfelde, nostre diocesis, ad quam per dilectos nobis in Christo, Capitulum[1] Herefordensis ecclesie cathedralis, nobis presentatus existis, te isto quinto die Februarii, anno Domini millesimo CCC° vicesimo, secundum formam constitucionis domini Octoboni edite in hac parte admittimus, et vicarium perpetuum cum onere continue residendi et personaliter ministrandi canonice instituimus in eadem; salvis in omnibus episcopalibus juribus et consuetudinibus ac nostre Sarisburiensis ecclesie dignitate, ac eciam nobis et successoribus nostris specialiter potestate porciones dicte vicarie, quociens et quando opus fuerit, augmentandi. In cujus rei, etc. Datum apud Poterne die et anno predictis, conseeracionis vero nostre anno sexto.

1—In MS. *Capituli.*

A.D. 1321. *Feb. 12.—Thomas de Bosbury is inducted to the Vicarage of Shinfield by the Official of the Archdeacon of Berks.*

Inducciо ejusdem.—Universis pateat per presentes quod nos, Officialis domini Archidiaconi Berkerie, mandatum recepimus infrascriptum:—Rogerus, permissione divina Sarisburiensis Episcopus, dilecto filio, Archidiaconi Berkerie Officiali, salutem, etc. Quia dilectum nobis in Christo Thomam de Bosebury, presbiterum, ad vicariam ecclesie de Schenigfelde, nostre diocesis, admisimus, ipsumque vicarium perpetuum cum onere continue residendi et personaliter ministrandi canonice instituimus in eadem, vobis mandamus quatinus eundem Thomam in corporalem possessionem dicte vicarie cum suis juribus et universis pertinenciis inducentes quod est vestrum exequamini ulterius in hac parte. Valeatis. Datum apud Poterne, Nonis Februarii, anno Domini millesimo CCC° vicesimo, etc. Hujus auctoritate mandati nos Officialis antedictus prefatum Thomam in corporalem possessionem vicarie de Schenygfelde antedicte, cum suis juribus et pertinenciis universis, prout mandatur, induximus, ulterius sumus executi in hac parte quod ad nostrum pertinet officium, omnibus quorum interest significamus hoc idem. In cujus rei, etc. Datum apud Schenygfelde, iij° Id. Februarii, anno Domini millesimo CCC° vicesimo.

Oct. 19.—Memorandum of a Dispensation granted to Philip, son of Henry de Montgomery.

Dispensacio pro Philippo, nato Henrici de Montegomery.—Memorandum quod xix° die Octobris, anno Domini supradicto, apud Bosebury, dispensavit dominus cum clerico predicto juxta formam mandati apostolici, etc., quod penes dictum clericum dimisit conservandum. Et super hujusmodi dispensacione obtinuit litteras in forma consueta.

Oct. 16.—The Bishop apportions the tithes and other possessions of the Church of Avenbury between the Vicar and the Abbot and Convent of Dore.

Fol. 55. Ordinacio et Taxacio vicarie de Avenebury.—Ad perpetuam rei memoriam. Universis, etc., Adam, etc. Cum nos ecclesiam de Avenebury, nostre diocesis, in qua religiosi viri, Abbas et Conventus de Dora, nostre diocesis, ordinis Cisterciensis, jus optinent patronatus cum fructibus, proventibus, et aliis suis juribus et pertinenciis,

A.D. 1321. predictis religiosis et eorum monasterio nuper ex certis causis et legitimis de consensu nostri Capituli concesserimus, et deputaverimus in usus proprios perpetuo possidendam, reservata tamen de fructibus ipsis perpetuo vicario in dicta ecclesia servituro, quem ipsi religiosi ad nominacionem nostram, et successorum nostrorum, quociens vicariam dicte ecclesie vacare contigerit, canonice presentabunt, congrua porcione, ex qua valeat congrue sustentari, et incumbencia sibi onera supportare, iidem religiosi ad vicariam dicte ecclesie Willelmum dictum Toky, presbiterum, per nos primitus eis nominatum, ad nostram nominacionem nobis canonice presentarunt. Nos autem circa ordinacionem vicarie, et assignacionem ac taxacionem porcionis predicte, ante admissionem ipsius presentati taliter duximus procedendum. In primis enim de vero valore fructuum, reddituum, et proventuum prefate ecclesie de Avenebury, necnon et de oneribus eidem incumbentibus inquiri fecimus diligencius veritatem, mandantes predictis religiosis quod de hujusmodi proventibus predicto presentato assignarent coram nobis congruam porcionem. Tandem venerabilis pater, dominus Ricardus, Abbas loci predicti, sacre pagine professor, xvj° die mensis Octobris, apud Sugwas, pro se et Conventu suo, in nostra presencia constitutus, porcionem hujusmodi in infrascriptis proventibus assignavit. In primis, reservata eisdem religiosis pro suis necessitatibus camera principaliori mansi in quo Rectores dicte ecclesie habitare consueverant, cum subjecto eidem camere celario et quadam domo sibi propinqua prope ortum inferiorem situata, et grangia seu horreo meliori, ac predicto orto inferiori, qui de prefata camera eis reservata versus pontem inferiorem se extendit, totum residuum mansum, cum aula, et ceteris edificiis, ac orto pomifero superiori, qui se extendit versus pontem superiorem cum adjacente sibi curtilagio seu herbario ad habitacionem ibidem serviturі vicarii deputavit. Item pro substentacione ejusdem assignavit totam terram arabilem dicte ecclesie, quam sexaginta acras continere comperimus per inquisicionem memoratam, et totam decimam feni et omnium molendinorum tam constructorum quam construendorum, et omnes alias minutas decimas, et oblaciones quascunque in quibuscunque rebus consistentes, sive in lana, lino, vitulis, agnis, porcellis, columbariis, lacticiniis, aucis, et ovis, et de quibuscunque locis provenientibus, tam de molendinis, ut premittitur, quam de ortis, pomeriis, seu curtilagiis. Percipiet insuper vicarius qui pro tempore fuerit per assignacionem predictam omnia mortuaria sive herieta, in quibuscunque rebus consistant, unacum pensione duorum

A.D. 1321. solidorum annue pensionis de capella de Bridenebury, debita ecclesie de Avenebury supradicte. Majores vero decimas, et alios fructus et proventus, tam de pratis ecclesie quam de hominibus tenentibus ejusdem ecclesie obvenientes, ad dictam ecclesiam pertinentes religiosi percipient memorati. Onera autem ordinaria que idem vicarius sustinebit presentibus duximus inserenda. Officiali namque Herefordensi qui pro tempore fuerit juxta morem preteriti temporis procurabit. Archidiacono eciam Herefordensi, cum personaliter visitet, procuracionem consuetam et debitam, necnon et fenagium solitum exhibebit. Officiali eciam ipsius Archidiaconi semel in anno, cum capitulum in partibus illis tenuerit, a vicario, qui pro tempore fuerit, procurabitur, ut est moris. Item inveniet idem vicarius pro majori altari ejusdem ecclesie luminaria competencia, et pro celebracione divinorum in ipsa panem et vinum. Item sustentabit unum clericum in eadem ecclesia continue servientem. Item solvet annuatim ecclesie nostre Herefordensi dimidiam marcam pensionis, que solucio fiet canonico qui est vicarius seu penitenciarus noster in eadem ecclesia Herefordensi in festo Annunciacionis beate Marie, per eum pueris choristis ejusdem ecclesie in sustentacionis eorum subsidium ministranda, prout in litteris nostris super appropriacione dicte ecclesie dictis religiosis facta plenius continetur. Ad quam solucionem fideliter faciendam omnes vicarii dicte ecclesie, qui pro tempore fuerint, statim cum fuerint instituti, prestabunt, tactis sacrosanctis, corporaliter juramentum. Prefati vero religiosi omnia alia onera dicte ecclesie incumbencia sustinebunt. Nos autem, assignacionem et moderacionem porcionis predicte, quam congruam reputamus, ratam et gratam habentes, ipsam auctoritate pontificali tenore presencium confirmamus. In cujus rei testimonium duo scripta ejusdem tenoris
Fol. 55b. hanc nostramque ordinationem continencia fieri fecimus, et eisdem nostrum sigillum apponi, quorum unum penes religiosos predictos, et aliud penes dictum vicarium volumus conservari, et ex habundanti tenorem presencium in registro nostro fecimus registrari. Datum apud Sugwas, xvj° die mensis Octobris, anno Domini millesimo M°CCC°xxj°, etc.

Nov. 20.—The Bishop asks the Abbot of Flaxley to forgive Henry Cays, a refractory Monk, now penitent.

Littera missa Abbati de Flaxleye pro Henrico Cays.—Venerabili in Christo patri, domino J., Dei gracia Abbati de

A.D. 1321. Flaxleye, Adam, etc., quicquid potest amicicie et salutis, cum sincera in Domino caritate. Latorem presencium in spiritu humilitatis et animo contrito misericordiam non judicium lacrimabiliter postulantem vestre clemencie recommendamus affectu quo possumus cariori, affectuose rogantes quatinus eidem licet filio prodigo ad patris tamen benignitatem cum vera, ut credimus, penitencia revenienti vestrum sinum dignemini aperire, et statum suum juxta ordinis vestri disciplinam in melius reformare. Speramus enim quod precedentem rebellionem per sequentis obediencie virtutem, cooperante Dei gracia, et vestra doctrina salutifera, expiabit. Ad sancte religionis regimen et augmentum Altissimus vos conservet, etc. Scriptum apud Bosebury, xx° die Novembris.

Nov. 29.—The Bishop commissions the Official to settle Alice, daughter of Roger de Atferton, as a recluse in the Church of St. Giles, in a suburb of Hereford.

Commissio pro reclusagio anchoriste Herefordie.—Adam, etc., magistro R. de Vernoun, etc. Attendentes devocionem laudabilem dilecte filie, Alicie, filie Rogeri de Atfertone, que anachorete vitam ducendo cupit Altissimo famulari apud ecclesiam Sancti Egidii in suburbio Herefordie, piis devocionis ejus precibus inclinati, vobis tenore presencium committimus et mandamus quatinus, consideratis circumstanciis universis que circa ydoneitatem persone dicte mulieris ac loci ubi ipsa cupit recludi fuerint attendende, cum per ipsam fueritis congrue requisiti, eam vice et auctoritate nostra recludatis in loco predicto, officium quod in hujusmodi reclusione fieri consuevit debite et sollempniter peragendo. Datum apud Bosebury, xxix° die Novembris, anno Domini M°CCC°xxi°.

Nov. 29.—The Bishop sends Adam Murimouth and Roger de Breinton to represent him at the Provincial Council, summoned for Dec. 1 [to reverse the exile of the Despensers].

Procuratorium factum magistro A. Murimouth et domino Rogero de Breyntone ad comparendum pro domino in concilio provinciali.—Reverendo in Christo patri, domino W., Dei gracia Cantuariensi Archiepiscopo, etc., Adam, etc. Licet ad pacem regni et tranquillitatem procurandam et firmiter tenendam consilium et auxilium parati semper simus summopere exhibere, quia tamen sacro concilio vestro primo die mensis Decembris in ecclesia sancti Pauli Londoniensis convocato occurrere personaliter non valemus,

A.D. 1321. justis et urgentibus necessitatibus multipliciter impediti, venerabilem virum, magistrum A. Murymouthe, juris civilis professorem et canonicum nostre ecclesie Herefordensis, ac dilectum filium, dominum R. de Breyntone, Rectorem ecclesie de Aka, nostre diocesis, et eorum alterum, ad nostram absenciam excusandam, nostros certos nuncios ad vestram venerabilem presenciam destinamus, ac ipsis et eorum alteri vices nostras committimus, ad tractandum super propositis in dicto concilio et consenciendum hiis que ad laudem Dei, ecclesie tranquillitatem, et regni pacem, ac totius rei publice utilitatem in prefato concilio ordinata fuerint seu statuta. Datum apud Bosebury, iij° Kal. Decembris, anno Domini M°CCC°xxj.

Nov. 29.—Certificate of the Bishop that he has duly performed the Archbishop's mandate, and cited the Clergy of his Diocese to send representatives to the Provincial Council on Dec. 1.

Certificatorium missum domino Archiepiscopo super citacione cleri diocesis Herefordensis pro generali concilio Londoniis convocato.—Reverendo patri in Christo, etc., Adam, etc. Mandatum venerabilis patri, domini S., Dei gracia Londoniensis Episcopi, xj° Kal. Decembris in crepusculo recepimus tenoris et contencie infrascripte:—Venerabili in Christo patri, domino Ade, etc., Stephanus ejusdem permissione Episcopus Londoniensis, salutem et sincere dileccionis continuum incrementum. Litteras et mandata reverendi in Christo patris et domini, domini W., Dei gracia Cantuariensis Archiepiscopi, etc., xviij° Kal. Decembris recepimus in hec verba:—Walterus, etc., venerabili fratri, domino Stephano, etc., salutem et fraternam in Domino caritatem. Non sine magne sollicitudinis studio dedimus hactenus operam, et adhuc libenter impendimus operosa prosecucione labores, ut de multiplicibus hujus regni turbacionibus, quas per aliqua tempora dispendiose pertulit, ad pacis gaudia idem regnum redeat et quietis. Cum enim mente revolvimus quanta pericula ecclesie Anglicane, viris ecclesiasticis, et
Fol. 56. ceteris regni incolis in promptu se offerunt hiis diebus profecto, tanto graviori commocione concutimur quanto regnum ipsum, quod abolim pacis pulcritudine gaudere consueverat, nostris jam temporibus guerrarum dissidiis expositum intestini belli discrimine naufragari pertimescimus, nisi divina opitulante clemencia hiis presidio occuratur celeriter oportuno. Ut autem animarum ac corporum atque rerum imminentibus dispendiis obvietur, et pacis tran-

A.D. 1321. quillitas, extra suos terminos hiis diebus, proh dolor, exulata, ad debite reducatur reconciliacionis amplexus, eo prompcius eoque fervencius ad pacem hujusmodi procurandam studia nostra habemus apponere, quod idem sub gravibus penis per sacros canones prelatis est commissum, tepeditate quacunque seposita, mutuo ipsorum interveniente consilio diligencius exequendum. Volentes igitur in habendo super hiis tractatu in quibus omnium et singulorum causam agi conspicimus, vestro ac ceterorum fratrum nostrorum coepiscoporum, ac cleri totius nostre Cantuariensis provincie, in concilio quod ex causis premissis urgentissimis ac notoriis ex deliberato consilio cum quibusdam fratribus nostris jam presentibus invocandum decrevimus, consilio et auxilio perpotiri, et in ipsis procedere juxta tractandorum qualitatem negotiorum et sacrorum, ut premittitur, canonum instituta, vobis in virtute sancte obediencie firmiter injungendo mandamus quatinus omnes et singulos coepiscopos suffraganeos nostros Provincie nostre Cantuariensis peremptorie citetis, et per ipsos Episcopos singulos in suis diocesibus Decanos et Priores ecclesiarum cathedralium, Archidiaconos, Abbates, et Priores alios suos conventus per se regentes, exemptos et non exemptos, ac eorum conventus, totumque clerum, prout singulis subesse noscitur, peremptorie citari faciatis et curetis, quod dicti fratres nostri, et ipsorum singuli Decani et Priores ecclesiarum cathedralium, ac Archidiaconi singuli personaliter, singuli vero Abbates et Priores conventus per se regentes, exempti et non exempti, ac singula Capitula et Conventus singuli per unum, clerusque cujuslibet diocesis per duos procuratores, primo die mensis Decembris in ecclesia sancti Pauli Londoniensis de mane sufficienter compareant, cum continuacione et prorogacione dierum subsequencium, super premissis et aliis statum ecclesie Anglicane et totius regni concernentibus in ipso concilio pertractandis una nobiscum et cum ceteris fratribus tractaturi, consilium, auxilium, et assensum ordinandis, faciendis et statuendis ibidem ad laudem Dei, populi quietem, et utilitatem totius rei publice salubriter impensuri, facturi, et recepturi in eodem concilio ulterius secundum tractandorum naturam, quod ecclesie atque regni hujus saluti congruit et quieti; fratribus nostris et personis superius nominatis expresse denunciantes quod contra ipsos non comparentes, et in pacis prosecucione negligentes, ad quam quibus ipsorum fratrum ex injuncto canonis sub gradus sui amissionis pena tenetur, quantum nobis a jure permittitur, puniendo procedemus, ipsosque in hiis, in quibus nostra se jurisdiccio non

A.D. 1321. extendit, de tam dampnabili negligencia deferemus sine mora. Terminum vero comparicionis taliter abbreviare oportuit propter imminencia et notoria pericula que ad hujusmodi regni desolacionis miseriam tendere dinoscuntur, et dilacionem ulteriorem non expetunt, nisi competenti remedio eisdem celerius occurratur. Vos eciam predictum nostrum mandatum, quantum vos Decanum et Capitulum vestrum, Archidiaconos et Abbates, Priores, Conventus, et clerum vestrum contingit, per omnia fideliter faciatis ac eciam observetis. Et ne mandatum nostrum hujusmodi arte, ingenio, ac negligencia deludatur, vobis ut supra injungimus quod coepiscopis nostris, et suffraganeis omnibus et singulis consimiliter injungatis, ut singuli ipsorum de suis execucionibus cum citatorum nominibus plene nos certificent die et loco predictis, quatenus ad eos attinent, secundum formam superius annotatam. De die vero recepcionis presencium et quid de execucione presentis mandati feceritis, etc. Datum apud Lamhethe, xviij° Kal. Octobris, anno Domini M°CCC°xxj°.

Cupientes igitur dicti patris mandatum cum reverencia debita exequi, ut tenemur, vos tenore presencium peremptorie citamus, ac per vos ceteras personas, de quibus supra fit mencio, quatenus vestram diocesim contingit, citari volumus et mandamus quod compareatis et compareant dictis die et loco, facturi cum continuacione et prorogacione dierum quod dicti patris mandatum exigit et requirit. Et quid in premissis feceritis, etc. Datum apud Stebenhethe, xvij° Kal. Decembris, anno Domini supradicto. Hujus igitur auctoritate mandati omnes illos quorum nomina in cedula presentibus annexa continentur citari fecimus secundum exigenciam vestri mandati predicti. Verumque propter temporis brevitatem et inundacionem aquarum insolitam clerus nostre diocesis cum ea quam mandastis celeritate non potuit congregari, super execucione dicti mandati, circa quam vel de contingentibus, quatenus nobis fuit possibile, est commissum, vestram paternitatem ad primum diem Decembris certificare non potuimus, ut mandastis; super quo vestra benignitas nos habere dignetur favorabiliter excusatos. Datum apud Bosebury, iij° Kal. Decembris, anno Domini supradicto.

Fol. 56b.

A.D. 1322. *Jan. 31.—The Bishop grants to Adam de Herwynton the Canonical House once held by Robert of Gloucester, late Chancellor of Hereford.*

Domus canonicales.—Memorandum quod eisdem die, loco, et anno,[1] contulit dominus domino Ade de Herwyntone, canonico Herefordensi, domos canonicales quas ultimo inhabitavit apud Herefordiam magister Robertus de Gloucestria, quondam cancellarius Herefordensis, dans eidem super collacionem hujusmodi patentes litteras consuetas.

Feb. 6.—The Bishop commissions the Archdeacon of Hereford and Adam Carbonel to inquire into the charges against Thomas de Preston, John Godchep, and Robert fitz-Robert de Vonnare, detained in the Bishop's prison.

Commissio pro clericis de carcere liberandis.—Adam, etc., dilectis in Christo filiis, Archidiacono, et magistro A. Carbonel, canonicis nostris Herefordensibus, salutem. Vobis committimus et mandamus quatenus super criminibus Thome de Prestone, Johanni Godchep, presbitero, et Roberto filio Roberti de Vonnare, clerico, ut dicitur, falso impositis, coram judice seculari de facto convictis, et [propter] hoc in nostra custodia carcerali detentis, veritatem, diligencius inquiratis, et si nihil per inquisicionem super hujusmodi criminibus per vos factam inveneritis probatum, quod ipsorum purgacionem debeat impediri, dictosque clericos purgacionem canonicam posse prestare, purgacionem eorundem clericorum in forma juris auctoritate nostra admittatis, eosdem de hujusmodi criminibus canonice purgatos boni testimonii nuncietis, et a carceralibus vinculis liberetis, necnon omnia alia faciatis que in premissis de jure fuerint facienda; super quibus omnibus et singulis vobis plenam committimus potestatem. Datum Herefordie, vj° die Februarii, anno Domini M°CCC°xxj°.

Feb. 19.—The Bishop commissions the Archdeacon of Hereford to decide the dispute as to the prebendal portion of Holdgate, to which Sir John de Hanlow had presented Hugh de Beissyn, and Lady Alina Burnell had presented Robert de Ercalewe.

Fol. 57. Commissio facta Archidiacono Herefordensi.—Adam, etc. In negocio presentacionis facte de Hugone de B[eissyn], clerico, ad porcionem quam magister Robertus de Choete tenuit in ecclesia

1—*i.e., ultimo die mensis Januarii, anno Domini M°CCC°xxj°.* The previous entry being a collation to a benefice is omitted, and will be found in the Appendix.

A.D. 1322. de Holgotescastell, nostre diocesis, per dominum Johannem de Hanlowe, militem, ex parte una, et presentacionis facte de Roberto de Ercalewe, presbitero, ad eandem porcionem per dominam Alynam Burnel, ex altera, vobis tenore presencium committimus vices nostras, etc., vobis mandantes quatenus, eisdem partibus convocatis, idem negocium audiatis, et fine debito decidatis. Datum apud Bibury, xix° die Februarii, anno Domini M°CCC°xxj°.

Feb. 27.—Amended commission to the Archdeacon of Hereford concerning the same dispute.

Innovacio commissionis ejusdem.—Adam, etc., dilecto filio, magistro Thome de Chaundos, Archidiacono Herefordensi, salutem, etc. In negocio presentacionis facte ad porcionem quam magister Robertus Chete tenuit in ecclesia de Castro de Holegod, nostre diocesis, per dominam Alinam Burnel de Roberto de Hercawe, presbitero, ex parte una, et presentacionis facte ad eam per dominum Johannem de Handlo, militem, de Hugone de Beissyn, clerico, ex altera, et ad admittendum ad eam, et ad instituendum in ea, et ad inducendum seu induci faciendum in corporalem possessionem ejusdem, eum quem in jure inveneritis pociorem, et ad alia omnia et singula facienda que in hac parte fuerint facienda, vobis tenore presencium committimus vices nostras, etc. Datum apud Schenygfelde, xxvij° die Februarii, anno predicto.

March 8.—The Bishop of Hereford notifies the Bishop of Lincoln that, in accordance with his commission, he has acted for him in the exchange of benefices between William de Mochwolne, Rector of Moccas, and Hugh de Monnington, Vicar of Bourton-by-Bampton.

Certificatorium missum domino Lincolniensi Episcopo.—Venerabili in Christo patri, domino Henrico, Dei gracia Lincolniensi episcopo, Adam, etc. Litteras paternitatis vestre reverende recepimus in hec verba:—Domino Ade Henricus, etc. Cum Willelmus de Mochwolne, Rector ecclesie de Mockas, vestre diocesis, et Hugo de Monytone, vicarius de Bourtone-juxta-Bamptone, nostre diocesis, proponant dicta sua beneficia inter se ex causis legitimis mutuo, ut asseritur, permutare, dum tamen assensus et auctoritas eorum quorum interest intervenerit in hac parte, nos quorundam instancia requisiti paternitati vestre reverende, de qua fiduciam plenam gerimus, ad inquirendum de causis permutacionis hujus-

A.D. 1322. modi, ut predicitur, faciende, examinandum, et canonice aceeptandum easdem, ac permutacionem hujusmodi faciendam, quatenus ad nos pertinet, juxta sancciones canonicas approbandam, et in eo eventu si permutacionis causas predictas duxeritis approbandas, prefatum W. de M. ad dictam vicariam de Bourtone, nostre diocesis, ad presentacionem patroni ipsius, rccepta prius per vos resignacione vicarii ejusdem canonica, si vobis oblata fuerit, admittendum, et vicarium perpetuum, cum onere personaliter ministrandi et continue residendi, canonice instituendum in ea, reservatis nobis ipsius Willelmi de M. canonica obediencia, et induccione ejusdem in
Fol. 57b. corporalem possessionem dicte vicarie de Bourtone, prout de jure fuerit, facienda, vices nostras committimus per presentes, rogantes quatenus de processu vestro in hac parte habendo nos per predictum Willelmum de M. velitis per litteras vestras, etc., reddere cerciores. In omni prosperitate diutina et votiva vigeat vobis salus. Datum apud Nettleham, vj° Idus Decembris, anno Domini M°CCC°xxj°.

Prefatis igitur partibus in nostra presencia constitutis, resignaciones dictorum beneficiorum, ex causis permutacionis, ut premittitur, faciende, quas tanquam legitimas approbavimus, ab eis canonice factas, in forma juris acceptavimus vice vestra atque nostra, et prefatum W. de M., presbiterum, ad vicariam de Bourtone, vestre diocesis predicte, ad presentacionem religiosorum virorum, Abbatis et Conventus Oseneye, dicte vestre diocesis, verorum ejusdem vicarie patronorum, quos per inquisicionem super articulis consuetis per discretum virum Officialem domini Archidiaconi Oxoniensis factam, prefatum Hugonem ad dictam vicariam invenimus ultimo presentasse, juxta formam commissionis vestre predicte admisimus, ipsumque vestra auctoritate vicarium perpetuum instituimus in eadem, canonicam obedienciam necnon induccionem ejusdem Willelmi in corporalem possessionem dicte vicarie vestre paternitati specialiter reservando, humiliter supplicantes quatenus ea que dicto W. desunt in hac parte supplere velitis cum gracia et favore. Ad ecclesie sue regimen vos conservet Altissimus per tempora diuturna. Datum apud Prestebury, viij° die Marcii, anno Domini supradicto.

Mar. 8.—Institution of William de Mochwolne to the Vicarage of Bourton-by-Bampton.

Institucio vicarii de Bourtone Lincolniensis diocesis.—Adam, etc., dilecto in Christo filio Willelmo de Mochwoln, presby-

A.D. 1322. tero, de nostra diocesi oriundo, salutem, etc. Litteras venerabilis patris domini Henrici, Dei gracia Lincolniensis Episcopi, recepimus in hec verba:—Venerabili in Christo patri, domino A., etc., Henricus, etc., ut supra. Quarum auctoritate litterarum ad vicariam de Bourtone juxta Bamptone, Lincolniensis diocesis, per resignacionem Hugonis de Monytone, ultimi vicarii ejusdem, ex causa permutacionis predicte vacantem ad presentacionem religiosorum virorum, Abbatis et Conventus Oseneye, dicte Lincolniensis diocesis, ejusdem vicarie verorum patronorum, te caritative admittimus, et vicarium perpetuum, cum onere personaliter ministrandi et continue residendi, instituimus in eadem. In cujus rei, etc. Datum apud Prestebury, viij° die Marcii, anno Domini supradicto, etc.

Mar. 6.—The Bishop cites the Prior of Chirbury to appear before him on the morrow of the fourth Sunday in Lent.

Citacio facta contra Philippum Priorem de Chirbury.—Adam, etc. Quia nuper prioratum de Chirbury, nostre diocesis, ex officii nostri debito visitantes eundem prioratum propter fratris Philippi, tunc Prioris ejusdem, culpam et insolenciam ac eciam insufficienciam et impotenciam comperimus in spiritualibus et temporalibus plurimum fuisse collapsum, idemque frater Philippus, super premissis coram nobis ad racionem positus, quo ad omnia personam suam et statum suum in dicto prioratu tangencia, pure, sponte, et absolute nostris ordinacioni et dispensacioni totaliter se submisit, vobis mandamus quatenus dictum fratrem Philippum citetis vel citari faciatis peremptorie quod compareat coram nobis, vel nostris in hac parte commissariis, in nostra Herefordensi ecclesia, in crastino diei Dominice qua cantatur officium *Letare Jerusalem*, ordinacionem et dispensacionem nostras super premissis visurus, auditurus, recepturus, et pariturus eisdem. Et quid in premissis, etc. Datum apud Prestebury, vi° die mensis Marcii, anno Domini M°CCC°xxj.

A.D 1319. *Feb. 8.—John de Brinsop, who claimed, by virtue of a Papal grace, a Canonry and Prebend of Hereford not exceeding £10 in value, surrenders his claim into the Bishop's hands.*

Instrumentum contra magistrum J. de Brunsope. — In nomine Domini, Amen. Per presens publicum instrumentum cunctis appareat evidenter quod viij° die mensis Februarii, post

A.D. 1319. horam vesperarum dicte diei, anno ab Incarnacione Domini secundum cursum ecclesie Anglicane M°CCC°xviij°, indiccione ij^a^, in mei notarii publici infrascripti et testium subscriptorum presencia, coram venerabili in Christo patre, domino Ada, etc., dominus Johannes de Brunsope cui de canonicatu et prebenda in ecclesia Herefordensi, cujus fructus, redditus, et proventus x librarum valorem annuum non excedunt, quam duceret acceptandam, ut dicebat per sanctum Patrem, dominum Johannem, divina providencia Papam xxij, nuper gracia facta fuit, Londoniis in camera hospicii venerabilis viri, magistri Gilberti de Middletone, officialis Curie Cantuariensis, in vico qui vocatur Oldedenyslane personaliter constitutus submisit se et dictam graciam suam ordinacioni et dispensacioni dicti patris, promittens se litteras apostolicas super dicta gracia obtentas, et processum super eis habitum eidem patri vel suo officiali redditurum citra festum Pasche proxime futurum. Et juravit idem dominus Johannes, sanctis Dei Evangeliis per eundem inspectis et corporaliter tactis, se contra submissionem suam predictam verbo vel facto nolle quovis modo venire, et omnia, ut premittitur, promisit fideliter observare. Acta sunt hec post horam vesperarum diei supradicti, anno, loco, et indiccione prenotatis, presentibus venerabili patre predicto, discretis viris, magistris G. de Middletone supradicto, et Ricardo de Vernoun, juris canonici professore, testibus ad premissa vocatis et rogatis.

Et ego Willelmus dictus Pachet de Westmonasterio, clericus Londoniensis diocesis, publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius, premissis omnibus et singulis, prout suprascribuntur, unacum testibus suprascriptis presens interfui, eaque sic fieri vidi et audivi, et in hanc publicam formam redegi, meoque signo et nomine consuetis signavi rogatus.

A.D. 1322. *Mar. 18.—The Bishop in accordance with a letter from the Pope's Penitentiary grants a dispensation to William de Sanquennia, the Proctor of Lyra, for ecclesiastical irregularities by which he had incurred excommunication.*

Fol. 58. Littere penitenciarii Pape pro Procuratore de Lira, et dispensacio Episcopi.—Episcopus, etc., religioso viro, fratri G., etc., ut infra, salutem, etc. Litteras venerabilis patris, domini B., Dei gracia Episcopi, nobis exhibuisti tenorem qui sequitur continentes:—Venerabili in Christo patri, Dei gracia Episcopo Herefordensi, vel ejus vicario in spiritualibus, Berengarius, miseracione divina

A.D. 1322. Tusculanus Episcopus, salutem, etc. Ex parte fratris Guillelmi de Sanquennia, monachi monasterii beate Marie de Lira, ordinis sancti Benedicti, Ebroicensis diocesis, in vestra diocesi commorantis, nobis oblata peticio continebat quod ipse olim contra constitucionem felicis recordacionis domini Clementis, Pape V, in concilio Viennensi editam quibusdam personis tam clericis quam laicis ecclesiastica sacramenta, ipsorum rectorum seu curatorum licencia non optenta, ministravit et ministrari fecit, propter quod excommunicacionis incurrit sentenciam in tales per dictam constitucionem generaliter promulgatam. Et sic ligatus tamen in contemptum clavium in suis ministravit ordinibus et alias se immiscuit divinis. Super quibus supplicari fecit nobis humiliter sibi per Sedem Apostolicam misericorditer provideri. Nos igitur, auctoritate domini Pape cujus penitenciarie curam gerimus, providencie vestre committimus quatinus ipsum ab hujusmodi excommunicacionis sentencia absolvatis in forma ecclesie consueta, et injuncta sibi pro modo culpe penitencia salutari, et aliis que ei de jure fuerint injungenda, eoque ad tempus prout expedire videritis a suorum ordinum execucione suspenso, demum suffragantibus ei meritis, alioque canonico non obstante, super irregularitate dicto modo contracta auctoritate predicta dispensetis misericorditer cum eodem. Datum Avinione, xiiij° Kal. Januarii, Pontificatus domini Johannis, Pape XXII, anno sexto. Nos autem auctoritate predicta tecum, quem tam hujusmodi sentencia absolvimus in forma ecclesie consueta, injuncta tibi pro modo culpe penitencia salutari, aliisque que tibi fuerant injungenda, teque ad tempus a tuorum ordinum execucionie suspenso, demum quia invenimus tibi merita suffragari, et aliud tibi canonicum non obstare quod dispensacionis hujusmodi graciam debeat impedire, super irregularitate dicto modo contracta misericorditer dispensamus. Datum apud Prestebury, xviij[a] die mensis Marcii, anno Domini M°CCC°xxj°, etc.

Mar. 19.—The Bishop gives to Roger de Breinton, Rector of Rock, letters freeing him from liability to render any further account of his custody of the Bishop's goods.

Memorandum quod xix° die mensis Marcii, anno Domini M°CCC°xxi°, fecit dominus Rogero de Breynton, Rectori ecclesie de Aka, aquitanciam de recepta et expensa bonorum suorum eum de iterato reddendo compoto absolvens per litteras juxta seriem litterarum prius factarum Waltero Carles.

A.D. 1322. *The Bishop commissions the Official to enquire into the character of Philip, son of Henry de Montgomery, a clerk, who is illegitimate.*

Commissio facta Officiali ad inquirendum super contentis in mandato infratacto.—Adam, etc. Mandatum apostolicum nuper recepimus super defectu natalium quem Philippus, natus Henrici de Monte Gomeri, clerici nostre diocesis, patitur de diacono genitus et soluta, quod vobis per eundem mittimus inspiciendum, et eidem illico retradendum. Quocirca vobis tenore presencium committimus et mandamus quatenus si paterne incontinencie non fuerit imitator, et de aliis circumstanciis quibuscunque que circa ydoneitatem persone fuerint attendende, inquisicionem fieri faciatis diligentem, et quid inveneritis per eandem, etc. Datum, etc.

Mar. 16.—The Bishop at length removes from his office Philip [de Montgomery], the Prior of Chirbury, since there had been no improvement in his conduct of the house.

Ordinacio domini facta super statu Philippi Prioris de Chirbury.—Adam, etc. Dudum prioratum de Chirbury nostre diocesis ex officii nostri debito visitantes eundem prioratum propter fratris Philippi tunc Prioris ejusdem culpam, insufficienciam, et impotenciam comperimus in spiritualibus et temporalibus plurimum fuisse collapsum, idemque frater Philippus, coram nobis super premissis ad respondendum positus, quo ad omnia personam suam et statum suum in dicto prioratu contingencia, pure, sponte, et absolute ordinacioni et dispensacioni nostre totaliter se submisit, promittens expresse, corporali prestito juramento, se velle ordinacioni et dispensacioni nostre in hac parte facienda parere, ac eas fideliter observare, et contra nullo modo venire, prout per publica documenta super hiis confecta poterit plenius apparere. Et quia sperabamus, sicut promiserat, quod preteriti temporis culpam et negligenciam per sequentis diligencie et discrecionis virtutem saniori consilio et studiis sollicitis expiasset, ipsum in officio sicut prius nuncusque dissimulando et meliora expectando permisimus remanere; set ipse, spreto confratrum suorum consilio per quosdam laicos
Fol. 58b. qui querunt que sua sunt ducitur, et bona dicti prioratus multipliciter dissipando culpas culpis accumulat, abutens gracia sibi facta, ac igitur quod provisum fuerit ad medelam ulterius protendatur ad noxam, predicti prioratus indempnitati salubriter prospicere cupientes, habita deliberacione sufficienti, tenore presencium duxi-

A.D. 1322. mus ordinandum quod predictus frater Philippus sui cedat omnino regimini prioratus, ita quod de ejusdem prioratus spiritualium vel temporalium administracione tanquam Prior se extunc nullatenus intromittat. Volumus tamen et eciam ordinamus quod sibi certa et competens camera in dicto prioratu deputetur, et de bonis communibus ejusdem prioratus congrue sustentetur quousque de statu suo per nos fuerit plenius ordinatum. Quocirca vobis committimus et mandamus quatenus hujusmodi ordinacionem nostram fratri Philippo prefato et aliis quorum interest notificantes cessionem ipsius vice et auctoritate nostra, si eam facere voluerit, admittatis, ipsum a prioratus ejusdem cura et regimine absolvendo: Quod si forsan hujusmodi ordinacioni nostre parere contempserit animo indurato, contra ipsum tanquam notorie perjurum canonice procedatis, eundem a regimine dicti prioratus per diffinitivam sentenciam ammoventes; ad que omnia vobis committimus vices nostras, etc. Datum apud Prestebury, xvi° die mensis Marcii, anno Domini M°CCC° vicesimo primo.

A.D. 1319. *Feb. 15.—The Bishop, giving the Prebend of Inkberrow to Richard de Vernon, warns John de Brinsop, who had claimed it, not to interfere, since he had taken oath to surrender his claim.*

Ordinacio domini super submissione Johannis de Brunshope quo ad prebendam de Ynkeberge.—Adam, etc., dilecto in Christo filio, magistro Johanni de Brunshope, salutem, etc. Cum nuper contra te et quamdam graciam seu provisionem, quam super canonicatu et prebenda certi valoris vacante seu vacatura in nostra ecclesia Herefordensi nulli alii de jure debita quam infra mensem a tempore quo tibi vel tuo procuratori de vacacione hujusmodi prebende innotesceret duxeritis acceptandam, te dicebas a Sede Apostolica impetrasse, litteris apostolicis tibi in hac parte concessis et certis executoribus deputatis, sicut hec in eisdem litteris apostolicis et quibusdam processibus inde factis asseruisti plenius contineri, quosdam objectus sufficientes, quos credimus veros esse et nos posse probare, in forma debita proponere volebamus, demum tu in nostra presencia constitutus et graciam seu provisionem hujusmodi nostre ordinacioni et dispensacioni voluntate spontanea submisisti, promittens expresse te velle nostre ordinacioni et dispensacioni in hac parte faciende parere, ac eas fideliter observare, et contra nulla modo venire, atque litteras apostolicas et processus predictos nobis vel Officiali nostro tradere

A.D. 1319. et reddere cum effectu citra festum Pasche proxime jam venturum, quodque hec omnia adimpleretis et fideliter observaretis coram nobis corporale sacramentum, tactis per te sanctis Dei Evangeliis, prestitisti, prout per instrumentum publicum super hoc confectum evidenter poterit apparere, quia vero nos prebendam de Ynkeberge cum omnibus suis juribus et pertinenciis vacantem in dicta nostra ecclesia Herefordensi, quam tu nuper virtute dicte gracie acceptasti, dilecto filio, magistro R. de Vernoun, juris canonici professori, intuitu caritatis contulimus, te sciente, volente, et consenciente, et collacionem nostram hujusmodi approbante, primo ordinamus et disponimus quod ipsum magistrum R. circa dictam prebendam in judicio vel extra nullatenus molestes seu eciam inquietes, sed permittas prebendam hujusmodi pacifice possidere. Ordinamus insuper et disponimus quod tu litteras apostolicas et processus prefatos citra dictum terminum tradas vel reddas nobis vel Officiali nostro quodque hujusmodi littere et processus in nostra seu dicti Officialis, aut alicujus alterius qui ad hoc per nos vel alterum nostrum electus fuerit, custodia remaneant quousque nos de te et statu tuo in hac parte secundum formam submissionis tue predicte ulterius duxerimus ordinandum seu eciam disponendum ; ad quod nobis tenore presencium ordinando et disponendo reservamus plenam et liberam potestatem ; injungentes tibi in virtute juramenti prestiti quod tu hujusmodi ordinacionem seu dispensacionem nostram in omnibus et singulis fideliter observes, et in nullo verbo vel facto contravenias quovismodo. In quorum omnium testimonium, etc. Datum Londoniis, xv° die Februarii, anno Domini M°CCC°xviij°.

A.D. 1322 *Mar. 29.—The Bishop approves of an exchange between Richard, called the Clerk, Vicar of Linton, and Hugh de Monnington, Rector of Moccas. Institutions of the the same, and mandates to induct.*

Fol. 59. Vicarie de Lyntone.—Memorandum quod xxix° die mensis Marcii, anno Domini M°CCC°xxii°, apud Bosebury admisit dominus Hugonem de Monytone, presbiterum, ad vicariam de Lyntone, Herefordensis diocesis, per resignacionem Ricardi dicti clerici, ultimi vicarii ejusdem, ex causa permutacionis dicte vicarie et ecclesie de Mockas, dicte diocesis, inter Hugonem predictum, nuper ecclesie prefate Rectorem, et dictum Ricardum, auctoritate diocesani mutuo facte, vacantem ad presentacionem fratris Guillelmi de Saquennia, procuratoris religiosorum virorum, Abbatis et Con-

A.D. 1322. ventus de Lyra, in Anglia generalis, dicte vicarie verorum patronorum, et ipsum vicarium perpetuum instituit in eadem cum onere personaliter ministrandi et continue residendi in eadem, juramento ad premissa facienda ab eodem vicario recepto. Et tunc mandavit dominus vicario de Uptone pro induccione ipsius.

Ecclesia de Mockas.—Memorandum quod die, mense, anno Domini, et loco predictis, admisit dominus Ricardum dictum clericum, presbiterum, ad ecclesiam de Mockas, per resignacionem Hugonis de Monytone, ultimi Rectoris ejusdem, ex causa permutacionis de qua superius in proximo panello fit mencio, vacantem ad presentacionem Johannis Frene, domini de Mockas, veri patroni ejusdem ecclesie, et ipsum Ricardum Rectorem instituit in eadem. Ex tunc mandavit dominus Decano de Webbleye pro induccione ipsius.

Mar. 7.—The Archbishop, in accordance with a Royal Brief, which he quotes, asks the Bishop to cause prayers to be offered throughout the Diocese for the King's success in the campaign against Thomas of Lancaster and the other rebel Lords.

Mandatum domini Archiepiscopi, ut infra patet, etc.—Walterus, etc., venerabili fratri, domino Ade, etc. Breve domini nostri Regis sub magno sigillo suo clausum, quandam scripturam continens involutam, cujus eciam copiam vobis transmittimus modo simili, pridie sub continencia recepimus infrascripta:—Edwardus, etc., venerabili in Christo patri, Waltero, etc. Nostis revera qualiter quidam magnates de regno nostro a jam diu nos et dictum regnum nostrum multipliciter turbarunt, dicentes nichilominus et publicantes se omnia facere pro nostro honore et commodo dicti regni, et jam vi armata in nos prorumpentes et nobis contrariantes et rebelles, se ad partes Boriales transtulerunt, et cum Thoma, Comite Lankastrie, contra nos fedus inierunt, facinora innumera in dicto regno nostro contra pacem nostram perpetrando, et ut in quodam transcripto quarundam litterarum in partibus Borialibus repertarum et nobis transmisso, cujus quidem transcripti copiam vobis mittimus presentibus interclusam, oculis intuencium satis liquere potest, quod ea que dicti rebelles nostri [gracia] asseruerunt se hactenus fecisse et pro nostro honore et commodo [in] dicti regni dedecus et exheredacionem dictique regni nostri et populi ejusdem destruccionem inique conspirarunt, et cum Scotis inimicis nostris confederacionem perversam

A.D. 1322. super ipsorum malicia et iniquitate contra nos fovendis ante hec tempora prelocutam, contra ipsorum ligeancias, fidelitates, et homagia confirmare festinant. Propter quod cum equis et armis, quanto potencius possumus, iter nostrum assumpsimus versus partes Boriales, ubi dicti rebelles nostri jam existunt, dictos Scotos inimicos nostros expectantes, ad eorundem rebellium et inimicorum proterviam cum Dei auxilio refrenandam. Unde si in tanto facto pro dampno nostro, dedecore, et exheredacione, necnon et destruccione populi, regni nostri, et sacre ecclesie in eodem vitandis, et nostri populi predicti tranquillitate procuranda, in quo eciam personam nostram exponimus, a subditis nostris, tam videlicet a clero quam a populo, auxilium petimus, non est mirum. Et ideo vobis mandamus in fide et dileccione quibus nobis tenemini firmiter injungentes quod in ecclesiis cathedralibus et collegiatis, ac aliis
Fol. 59b. locis et convocacionibus publicis in diocesi vestra, quociens et quando opportunum videritis, copiam predictam legi et omnia et singula premissa publicari faciatis, monentes et inducentes omnes et singulos in dicta diocesi vestra quod nobis, prout tenentur, fideliter assistant et subveniant competenter ; ita quod mediante Dei et eorum auxilio pro nostro honore et ipsorum commodo et quiete perpetua dictum negocium ad finem votivum et felicem ad presens perducere valeamus. Copiam insuper copie predicte omnibus et singulis suffraganeis vestris mittatis, mandantes eisdem quod ipsi in diocesibus suis copiam illam legi et premissa omnia et singula publicari et fieri faciant in forma supradicta. Et hoc sicut nos et honorem nostrum ac sancte ecclesie Anglicane salvacionem et quietem ac dicti populi nostri tranquillitatem perpetuam diligitis, modis omnibus faciatis. Teste meipso apud Coventriam, primo die Marcii, anno regni nostri xv°. Cum igitur dominus noster Rex pro pace et tranquillitate ecclesie et regni ac quiete populi Anglicani, que a diu extitit exulata, contra suos et regni inimicos se et sua exponat, manu forti vim propulsans iminentem, prout sibi incumbit et est justum, equm, quin potius necessarium esse perpendimus ut ejus subditos in hiis mandatis ad pacis finem animemus. Propter quod vestram fraternitatem hortamur in Christo quatenus mandatum regium tam prudenter tamque diligenter exequi curetis sine mora, quod ex impenso labore pacis beneficium in re publica per Dei graciam valeat procurari. Pro qua felicius impetranda solempnes processiones per totam vestram diocesim in locis solempnibus et aliis ubi populi viget multitudo singulis septimanis, bina vice, quarta videlicet et sexta feria fieri faciatis,

A.D. 1322. datis ad hoc indulgenciis prout vobis videbitur oportunum. De die vero recepcionis presencium et quid in premissis, etc. Datum apud Lamhethe, Non. Marcii, anno Domini millesimo CCC° vicesimo primo.

April 4.—The Bishop gives to John Walwyn the Prebend of Bullinghope lately held by Adam Murimouth.[1]

Prebenda de Bollynghope.—Memorandum quod anno Domini millesimo CCC° vicesimo primo, Kal. Februarii, apud Herefordiam, contulit dominus magistro Johanni Walweyn, juris civilis professori, prebendam de Bollynghope in ecclesia Herefordensi, vacantem, cum plenitudine juris canonici in eadem, quam nuper tenuit magister Adam Murymouth, canonicus ejusdem ecclesie, et dedit eidem Johanni super collacione hujusmodi suas litteras patentes.

Item idem dominus commisit Capitulo Herefordensis ecclesie, vel Ebdomadario in eadem, induccionem ipsius et assignacionem stalli in choro et loci in Capitulo, secundum consuetudinem ejusdem ecclesie, per litteras sub data apud Bosebury, iiij° die mensis Aprilis, anno Domini millesimo CCC° vicesimo secundo.

Feb. 23.—The Bishop grants to the Preaching Friars certain lands and houses in Hereford.

Carta per dominum concessa fratribus predicatoribus Herefordensibus.—Omnibus, etc., Adam, etc., salutem, etc. Cum dominus Edwardus, filius regis E., Dei gracia illustris Rex Anglie, per cartam suam feoffamenti dederit et concesserit fratribus de ordine predicatorum omnes terras et omnia tenementa cum pertinenciis que adquisivit de Philippo de Waleys, clerico, in suburbio Herefordie, habenda et tenenda eisdem fratribus et successoribus suis ad quandam domum pro habitacione fratrum dicti ordinis de novo construendam et ad divina singulis diebus pro anima sua et animabus antecessorum suorum et omnium fidelium defunctorum imperpetuum celebranda: quarum quidem terrarum et tenementorum quedam sunt de feodo nostro et ad nos ut jus ecclesie nostre antedicte racione eschaete pertinere deberent, virtute statuti domini regis nuper contra religiosos provisi, et que Willelmus de la Ferne quondam de nobis tenuit in capite in suburbio Herefordie, que jacent inter tenementa Prioris sancti

1—This entry is crossed out.

A.D. 1322. Johannis Jerusolimitani in Anglia ex parte una, et venellam que vocatur Vroggelone ex altera, et extendunt se in longitudine a vico qui vocatur Wydemarstrete usque ad burgagium quod fuit quondam Nicholai Yweyn: nos nolentes in aliquo contra id quod in honorem Dei et sancte ecclesie actum est per dominum nostrum, illustrem regem Anglie prefatum, resistere, volumus et concedimus, et pro nobis et successoribus nostris imperpetuum
Fol. 60. quietum clamamus fratribus ordinis predicti, omnes terras et omnia tenementa predicta cum pertinenciis, habenda et tenenda de nobis, ecclesia, et successoribus nostris eisdem fratribus et successoribus suis juxta formam donacionis predicte, salvis tamen nobis et successoribus nostris ac ecclesie nostre Herefordensi predicte serviciis inde debitis et consuetis. In cujus rei, etc. Datum Herefordie, die Martis in festo sancte Milburge, anno regni regis Edwardi, filii Regis Edwardi, xv°.

Feb. 23.—John de Bristol, Provincial Prior of the Preaching Friars, binds the Order to pay to the Bishop three shillings each year in return for the above grant.

Sequitur obligacio fratrum de redditu.—Tenore presencium pateat universis quod nos frater Johannes de Bristollio, Prior provincialis ordinis fratrum predicatorum in Anglia, fratres Symon de Borastone, ejusdem ordinis predicator generalis, Willelmus de Wasseborne, Hugo de Laiccone, et Johannes de Glamorgan, et alii fratres ejusdem ordinis Herefordie existentes, pro nobis, successoribus et ordine nostro, concedimus teneri et per presentes obligari venerabili in Christo domino Ade, Dei gracia Herefordensi Episcopo, et ejus successoribus in tribus solidis annui redditus percipiendis in terris et tenementis que Willelmus de la Verne et successores sui de dicto Episcopo et predecessoribus suis pro tanto annuo redditu tenuerunt a tempore cujus contrarii memoria non existit, in festis Sancti Michaelis et Annunciacionis Sancte Marie pro equalibus portionibus: que terre et tenementa jacent in suburbio Herefordie inter tenementa Prioris Sancti Johannis Jerosolimitani in Anglia ex una parte, et venellam que vocatur Vroggelone ex altera, et extendunt se in longitudine a vico qui vocatur Widemarstrete usque ad borgagium quod fuit Nicholai Ywayn: quas terras et tenementa prefatus Episcopus ad instanciam et rogatum domini nostri, domini Edwardi, filii Regis Edwardi, illustris regis Anglie, nobis ad inhabitandum concessit. Preterea

A.D. 1322. nos pro nobis, successoribus nostris, et ordine nostro obligamus predictas terras et tenementa districcioni predicti domini Episcopi et successorum suorum, ita videlicet, quod quocienscunque dictus redditus annuus de aliquo termino aretro fuerit in toto vel in parte, libere liceat predicto domino Episcopo et successoribus suis et ballivis suis dictas terras et tenementa ingredi et districciones capere et easdem retinere quousque de ipso redditu et arreragiis eisdem plenarie fuerit satisfactum. Et nos Prior provincialis predictus sigillum officii nostri presentibus apponimus in fidem et et testimonium premissorum. Datum Herefordie, die Martis in festo Sancte Milburge Virginis, anno Domini M°CCC°xxj°, et anno regni Regis Edwardi, filii Regis Edwardi, xv°.

Confirmacio concessionis tenementorum facte eisdem fratribus per Capitulum continetur in viij folio sequenti.

April 22.—The Bishop instructs the Dean of Stottesdon to cite Hamo, Vicar of Stottesdon, to show cause why the Abbot and Convent of Shrewsbury, as patrons, should not appoint Walter de Finningham to the Vicarage, since Hamo had totally deserted it.

Fol. 60b. Citacio facta contra Hamonem, vicarium de Stottesdone.—Adam, etc., Decano de Stottesdone, salutem. Cum per inquisicionem super vacacione vicarie de Stottesdone ad presentacionem religiosorum virorum Abbatis et Conventus de Salopia, verorum patronorum ejusdem, de Waltero de Fynigham, presbitero, rite factam, et facti evidenciam, constet notorie ipsam vicariam a domino Hamoni, ultimo ibidem vicario, totaliter desertam de jure vacare, vobis committimus et mandamus quatinus dictum Hamonem in prefata ecclesia citetis seu citari faciatis peremptorie et publice, quod compareat coram nobis vel nostro in hac parte commissario in ecclesia parochiali de Bosebury, nostre diocesis, die Jovis proximo post festum Sancti Marci Evangeliste proxime nunc futurum, propositurus et ostensurus canonicum, si quod habeat, quare dictus Walterus ad prefatam vicariam admitti in forma juris non debeat, seu in ejusdem vicarie corporalem possessionem induci, sibique ulterius in hac parte per nos fieri quod juris fuerit et racionis. Quid autem in premissis, etc. Datum apud Bosebury, xxij° die mensis Aprilis, anno Domini M°CCC°xxij°.

A.D. 1322. *April 21.—The Bishop instructs John Rees, Rector of Dorstone, to enquire whether it be true, as Walter de Hurtesley, the patron, asserts, that Milo de Hurtesley, Rector of Letton, burdened by age and disease, has been for many years absent without license.*

Commissio facta magistro J. Rees contra Milonem, Rectorem ecclesie de Lectone.—Adam, etc., dilecto in Christo filio, magistro J. Rees, Rectori ecclesie de Dorstone, nostre diocesis, salutem, etc. Ex parte Walteri de Hurtesleye, patroni ecclesie de Lectone, dicte nostre diocesis, nobis extitit intimatum quod Milo, Rector ecclesie de Lectone predicte, senio et morbo incurabili ac corporis debilitate adeo pregravatur quod ad dicte ecclesie regimen inutilis redditur jam omnino, quodque idem Milo se a dicta ecclesia per multos annos absque nostra licencia, licet sepius ad personalem residenciam in dicta ecclesia faciendam autoritate nostra sub pena canonica fuisset monitus, ipsam ecclesiam habens pro derelicta penitus absentavit. Nos igitur, dicte ecclesie indempnitati animarumque quarum cura in eadem imminet saluti prospicere cupientes, vobis committimus et mandamus quatenus super premissis omnibus et singulis veritatem diligencius inquiratis. Et quod in eisdem inveneritis, etc. Datum apud Bosebury. xxj° mensis Aprilis, anno Domini M°CCC°xxji°, etc.

April 24.—John Rees, Rector of Dorstone, informs the Bishop that he has held an inquiry at Letton, and finds the Rector non-resident, and the benefice derelict, both in its spiritualities and in its temporalities.

Certificatorium super premissis domino transmissum.—Venerabili in Christo patri, domino Ade, etc., suus humilis et devotus J. Rees, Rector ecclesie de Dorstone, obedienciam, etc. Mandatum vestrum nuper recepi in hec verba, Adam, etc., ut supra. Cujus auctoritate mandati ad ecclesiam de Lectone personaliter accessi, et presente dicto Milone et juxta citacionem sibi apud Wytheney factam per Decanum de Webbeleye personaliter comparente, per rectores et vicarios ecclesiarum de Staundone, Monitone, Brokbury, Bredewardyn, Ardesleye, Clyfford, et Malmushulle Gamage, et parochianos dicte ecclesie de Lectone fidedignos super premissis personaliter juratos, diligenter inquisivi, qui dicunt quod dictus Milo senio, et corporis debilitate, ac morbo paralitico incurabili adeo pregravatur quod ad regimen ipsius ecclesie insuffi-

A.D. 1322. ciens est omnino, et quod per x annos non resedit in ecclesia antedicta, nec sciunt de aliqua licencia quam eodem tempore obtinuit super non residencia, et quod capellani per vices in eadem celebrantes absque vino et clerico multociens missas celebrarunt, seu verius prophanarunt. Quedam eciam domus dicte rectorie sunt dirrute et consumpte, et cetere omnes ruinose adeo quod dicta rectoria et cura in eadem, tam in spiritualibus quam in temporalibus apparet cuilibet intuenti derelicta, et, quod deterius est, quod parochiani decesserunt absque confessione et extrema unccione propter defectum Rectoris et capellani sui; predictus vero Milo positus ad respondendum judicialiter fatebatur se esse debilem et impotentem ad regimen et onus dicte ecclesie sustinenda, et quod absens fuit a dicta ecclesia per x annos et amplius; dixit tamen quod bone memorie Ricardus, quondam Episcopus Herefordensis, viva voce dispensavit secum super non residencia, set nullas ei litteras concessit. Et sic mandatum vestrum sum reverenter in omnibus executus. Datum apud Lectone, xxiiij° die mensis et anni predictorum.

April 27.—The Bishop appoints Richard de Stoke, priest, to be coadjutor to Milo, Rector of Letton.

Fol. 61. Coadjutor datus Miloni, Rectori Ecclesie de Lectone.—Adam, etc., dilecto in Christo filio, magistro Ricardo de Stoke, presbitero, juris civilis professori, salutem, etc. Quia per inquisicionem legitimam nuper auctoritate nostra factam comperimus evidenter quod Milo de Hurtesleye, Rector ecclesie de Lectone, nostre diocesis, senio, morbo incurabili, ac corporis debilitate adeo pregravatur quod dicte ecclesie regimen ab eodem a jam diu est derelictum et neglectum, inutilis et insufficiens redditur jam omnino, nos dicte ecclesie animarumque cure in eadem imminenti ac dicti Rectoris statui providere volentes, de tua fidelitate et prudencia circumspecta plenam in domino fiduciam reportantes, predicto Miloni te coadjutorem deputamus, et administracionem dicte rectorie in spiritualibus et temporalibus, quam ab eodem Rectore auferimus, in forma juris tibi committimus per presentes, revocantes quamcunque firmam de predicta ecclesia quibuscunque absque nostra licencia hucusque factam, ac ipsam exnunc pronunciantes penitus esse nullam. Datum apud Bosebury, xxvij° die Aprilis, anno Domini M°CCC°xxij°., etc.

A.D. 1322 *April 30.—The Bishop commissions the Archdeacon, the Official, and the Commissary General, to act for him in the matter of James de Baysham's claim to the Church of Munsley.*

Commissio facta ad instanciam Jacobi de Baysham ad ecclesiam de Monseleye. — Adam, etc., dilectis in Christo filiis, Archidiacono et Officiali nostris Herefordensibus, ac W. nostro in dicti Officialis absencia commissario generali, salutem, etc. In causa et negocio institucionis et destitucionis que seu quod verti speratur coram nobis inter Jacobum de Baysham, presbiterum, ad ecclesiam de Monesleye presentatum, ex parte una, et Adam de . . .[1] dicte ecclesie possessioni incumbentem, ex altera, vobis et unicuique vestrum insolidum vices nostras committimus per presentes, etc. Datum apud Bosebury, ultimo die mensis Aprilis, anno Domini M°CCC°xxij°.

May 16.—John de Lyndewode complains to the Bishop that he resigned the Rectory of Newnham-on-Severn for the purpose of an exchange with Richard de Harlowe, Rector of Elmswell. Whereupon, though the exchange did not take place, the King appointed Richard de Harlowe, and Nicholas de Baa appointed John Russell de Fownhope to Newnham. The Bishop summons the parties interested to show cause why John de Lyndewode should not continue in possession.

Citacio facta contra presentatos ad ecclesiam de Newenham.—Adam, etc., dilecto in Christo filio, Decano de Foresta, etc. Significavit nobis Johannes de Lyndewode, qui se dicit Rectorem ecclesie de Newenham, nostre diocesis, quod licet ipse dictam ecclesiam fuisset canonice assecutus, ipsamque per non modica tempora possedisset pacifice et quiete, ac hujusmodi ecclesiam ex causa permutacionis cum Ricardo de Herlawe, Rectore ecclesie de Elmeswelle, Norwicensis diocesis, de hujusmodi suis beneficiis faciende, sub certis modo et forma resignasset, videlicet quod tunc demum et non alias resignacio hujusmodi valeret, cum permutacio predicta hinc inde suum obtineret effectum, ejus quidem resignacionis pretextu, dominus noster Edwardus, Dei gracia Rex Anglie illustris, dictum R. de Harlowe, et dominus Nicholaus de Baa, miles, Johannem dictum Russel de Fowehope, se dicte ecclesie patronos pretendentes, ad eandem ecclesiam tanquam vacantem presentarunt. Verumque dicta permutacio suum non sortiebatur effectum, prout nobis constat per litteras venerabilis patris, domini

1—Space left in MS.

A.D. 1322 Dei gracia Norwicensis Episcopi, nobis super hoc directas, sicque dicta ecclesia de N. per dictum Johannem, qui se dicit Rectorem ejusdem, plena existit pariter et consulta, presertim cum hujusmodi resignacio per nos vel auctoritate nostra non fuisset approbata hactenus seu admissa. Quocirca vobis committimus et mandamus quatenus citetis seu citari modis quibus poteritis faciatis peremptorie Ricardum et Johannem dictum Russel, presentatos prefatos, quod compareant coram nobis vel nostro in hac parte commissario speciali, in nostra ecclesia Herefordensi proximo die juridico
Fol. 61b. post festum sancte Trinitatis ad proponendum et ostendendum canonicum si quod habeant quare, non obstante resignacione predicta, prefatus Johannes de Lyndewode dicte ecclesie de Newenham[1] pristina possessione pacifica minime gaudere debeat, ut est justum, sequestracionemque auctoritate nostra in fructibus et proventibus dicte ecclesie interpositam relaxari, ac ulterius in hac parte non fieri quod exigit ordo juris. Quid autem in premissis, etc. Datum apud Rughford juxta Eboracum, xvj° die mensis Maii, anno Domini M°CCC°xxij°.

May 16.—The Bishop cites to appear before him all who may wish to offer objections to the appointment of Hugh de Hereford as Prior of Chirbury.[2]

Citacio tangens eleccionem factam de fratre Hugone de Herefordia in Priorem de Chirbury.—Adam, etc., Decano de Pontesbury, salutem, etc. Ex parte religiosorum virorum filiorumque in Christo dilectorum, subprioris et canonicorum monasterii de Chirbury, nostre diocesis, asserencium dicti monasterii prioratum per resignacionem fratris Philippi de Montegomeri, nuper Prioris ejusdem, vacare, eleccio concorditer facta de fratre Hugone de Herefordia, confratre et concanonico suo, nobis per fratrem Walterum de Clyfford, suum eciam concanonicum, extitit presentata. Nos autem volentes juris ordinem, qui in hac parte requiritur, in omnibus observare, vobis committimus et mandamus quatenus in monasterio prioratus predicti proclamari publice faciatis, et eciam in genere citetis seu citari faciatis peremptorie omnes et singulos, si qui sint, qui hujusmodi eleccionem impugnare voluerint, quod compareant coram nobis aut nostro in hac parte commissario speciali, in ecclesia nostra Herefordensi, proximo die juridico post festum

1—In MS. Newent.

2—On May 14 the King, at York, had signified to the Bishop the Royal approval of the new appointment (*Pat. Rolls*).

A.D. 1322. sancte Trinitatis, opposituri et pro termino peremptorio proposituri objectus ac crimina omnia et singula, que contra hujusmodi eleccionis formam observare voluerint personasve eligencium aut electi predictorum. Et quia resignacio supradicta ad nos hactenus non pervenit, et sic per nos minime potuit approbari, citetis eundem fratrem Philippum Priorem quod compareat coram nobis vel dicto nostro commissario, loco et die supradictis, ut super premissa resignacione et ejus causis per eum possimus plenius informari. Quid autem in premissis, etc., ut supra. Datum ut supra.

June 6.—Dispensation for illegitimacy granted to Roger de Marcley, clerk.

Dispensacio super defectu natalium Rogeri de Marceleye, clerici.—Memorandum quod vj° die mensis Junii, anno Domini M°CCC°xxij° apud Herefordiam, dispensavit dominus cum Rogero de Marcle, clerico, auctoritate apostolica sibi commissa super defectu natalium quem patitur de diacono genitus et soluta, dando eidem super hujusmodi dispensacione suas patentes litteras consuetas.

June 4.—The Bishop instructs the clergy throughout the Diocese to proclaim the sentence of excommunication against the malefactors who had committed outrages in the Bishop's manors of Ross and Upton.

Denunciacio excommunicacionis pro dampnis in maneriis de Ros et Uptone.—Adam, etc., dilectis in Christo filiis, Capitulo nostre Herefordensis ecclesie, decanatu ejusdem vacante, et eorum commissario, Officiali et commissario nostro, Archidiaconis et eorum Officialibus, decanis, rectoribus, vicariis, presbiteris parochialibus, et aliis quibuscunque ecclesiarum prelatis per nostram civitatem et diocesim constitutis, salutem, etc. Perturbatores ecclesiasticarum libertatum et jurium eo propensius convenit coerceri quo eorum malicia impunita in detrimentum ecclesie et cleri opprobrium redundaret. Cum igitur notorium sit et manifestum quod quidam iniquitatis filii, sue salutis immemores, instinctu quodam diabolico ausuque nefario, maneria nostra de Ros et Uptone, nostre diocesis, preter et contra voluntatem nostram seu ministrorum nostrorum dudum ingressi fuerunt, boves, oves, et alia animalia abduxerunt, frumentum, avenas, et alia bona ibidem inventa violenter contra libertatem ecclesiasticam asportarunt, et hiis injuriis non contenti,

A.D. 1322. in nemoribus ecclesie Herefordensis ad dicta maneria pertinentibus copiosam multitudinem arborum inibi crescencium per xv dies vel circiter ad carbones in puteis variis ad hoc dispositis incendio
Fol. 62. redegerunt, quos pro eorum dampnabili libito distraxerunt, in nostri et ecclesie dampnum non modicum et gravamen, animarum periculum, et grave scandalum aliorum, sentenciam majoris excommunicacionis contra hujusmodi violatores latam, ipso facto dampnabiliter incurrendo, in qua quidem sentencia hactenus perseverarunt animo indurato et adhuc perseverare non metuunt sic ligati: quocirca vobis omnibus et singulis, in virtute obediencie firmiter injungendo mandamus qnatinus predictos malefactores omnes et singulos, cujuscunque condicionis vel status existant, qui dampna predicta nequiter perpetrarunt, ac omnes eisdem malefactoribus consilium, auxilium, vel consensum prebentes, seu eorum in hac parte fautores in dictam majoris excommunicacionis sentenciam, in consistoriis et capitulis et aliis quibuscunque congregacionibus et convocacionibus publicis et in omnibus et singulis ecclesiis nostre civitatis et diocesis, diebus Dominicis et festivis intra missarum sollempnia, cum major affuerit cleri et populi multitudo, pulsatis campanis, candelis accensis et extinctis, cruce erecta, publice et solempniter denuncietis et denunciari faciatis in genere incidisse: a denunciacione hujusmodi non cessantes donec a nobis aliud habueritis in mandatis. Datum apud Sugwas, iiij° die mensis Junii, anno Domini M°CCC°xxij°.

June 10.—The Bishop informs the King that he has confirmed the election of Hugh de Hereford to be Prior of Chirbury. Mandate to induct.[1]

Littera missa Regi de confirmacione electi de Chirebury.—Excellentissimo principi ac suo domino reverendo, domino Edwardo, Dei gracia illustrissimo Regi Anglie, domino Hibernie, et Duci Aquitanie, Adam, etc. Vestra noverit celsitudo quod nos eleccionem in ecclesia conventuali de Chirebury, nostre diocesis, nuper factam de religioso viro, fratre Hugone de Herefordia, canonico ejusdem ecclesie in Priorem electo, quam invenimus celebratam, duximus canonice confirmandam. Altissimus, etc. Datum apud Sugwas, x° die Junii, anno Domini M°CCC°xxij°.

1—The King, on June 20, instructs John Walwyn, escheator beyond Trent, to restore the temporalities to the new Prior, "Adam, Bishop of Hereford, having confirmed the election *(Pat. Rolls)*.

A.D. 1322. Inductio.—Adam, etc., dilecto filio, Decano de Pontesbury, salutem, etc. Quia eleccionem celebratam per religiosos viros, canonicos ecclesie conventualis de Chirebury, nostre diocesis, de religioso viro, fratre Hugone de Hereforde in Priorem suum electo, in forma juris duximus confirmandam, vobis tenore presencium committimus et mandamus quatenus eundem fratrem Hugonem in corporalem possessionem prioratus ejusdem ac jurium et pertinenciarum ipsius inducatis, et inductum, si necesse fuerit, defendatis, stallum in choro et locum in capitulo et alia secnndum consuetudinem ecclesie predicte assignantes eidem. Datum ut supra.

June 8.—The Bishop instructs the Official to enquire whether the election to Chirbury had been duly and canonically made.

Commissio facta Officiali ad examinandum negocium eleccionis de Chirbury et confirmandum.—Adam, etc., R. de Vernon, Officiali nostro, salutem, etc. Ad examinandum negocium eleccionis facte de religioso viro, fratre Hugone de Herefordia, in Priorem Monasterii de Chirbury, nostre diocesis, ac hujusmodi eleccionem, si eam rite et canonice factam inveneritis, confirmandam, vobis committimus vices nostras, etc. Datum apud Sugwas, viij° die Junii, anno Domini supradicto.

June 11.—Dispensation to Richard, son of William ap Rees, that, though illegitimate, he may receive the first tonsure.

Dispensacio cum illegitimo ad primam tonsuram.—Adam, etc., dilecto filio, Ricardo, filio Willelmi ap Rees, litterato de nostra diocesi oriundo, salutem, etc. Tue devocionis precibus inclinati, ut promoveri valeas ad tonsuram clericalem, quam tibi conferimus non obstante defectu quem pateris de soluta, tecum auctoritate diocesana tenore presencium dispensamus. In cujus rei, etc. Datum apud Sugwas, xj° die mensis Junii, anno Domini M°CCC°xxij°.

A.D. 1320. *June 13.—Confirmation by the Bishop of the institution (by the Official, during the Bishop's absence abroad) to the Church of Westbury-on-Severn of William Russell de Fownhope, who, being Rector of Madeley, had exchanged with William Hodynet, Rector of Westbury.*

Fol. 62b. Confirmacio institucionis facte per Officialem magistro W. de Fowehope de ecclesia de Westbury.—Noverint universi

A.D. 1320. has litteras inspecturi quod nos, Adam, etc., quandam commissionem per nos confectam ac litteras quasdam per discretum virum, magistrum R. de Vernoun, nostrum nobis tunc in remotis agentibus vicarium in spiritualibus generalem habentem specialem potestatem ad infrascripta confectas sub tenoribus inspeximus infrascriptis :—Universis, etc., Ricardus de Vernoun, canonicus Herefordensis, ac venerabilis patris, domini Ade, etc., Officialis, ipsoque patre in remotis agente in spiritualibus vicarius generalis, salutem in eo quem peperit uterus virginalis. Noverit universitas vestra quod comparuerunt coram nobis in camera venerabilis patris, domini Episcopi supradicti, discreti viri, magister Willelmus de Fowehope, Rector ecclesie de Madeleye, et dominus Willelmus Hodynet, Rector ecclesie de Westbury, in foresta de Dene, Herefordensis diocesis, iidem Rectores ex mutuo consensu eorundem suas ecclesias predictas adinvicem permutare volentes ipsas ecclesias in manus nostras personaliter resignarunt sub hac forma : Ego, Willelmus de Fowehope, Rector ecclesie de Madeleye, ipsam ecclesiam meam causa permutacionis cum ecclesia de Westbury in foresta de Dene, Herefordensis diocesis, resigno in manus vestras, magister Ricarde de Vernoun, venerabilis patris, domini Ade, etc., officialis, etc.

Item Ego, Willelmus Hodynet, Rector ecclesie de Westbury in foresta de Dene, ipsam ecclesiam meam, causa permutacionis cum ecclesia de Madeleye, Herefordensis diocesis, resigno in manus vestras, Ricarde de Vernoun, venerabilis patris, domini A., etc., Officialis, etc. Quas quidem resignaciones nos, Officialis et vicarius generalis supradictus, ex certis et legitimis causis coram nobis allegatis et probatis quas decrevimus fore legitimas, vocatis qnorum interest, approbamus ac ipsas pro legitimis admittimus, et ipsas ecclesias predictas vacare pronunciamus modo et condicione prenotatis. Et ad majorem hujusmodi rei cautelam presentes litteras inde confectas scribi et publicari mandavimus per notarium publicum infrascriptum tenorem nostre commissionis continentes et sigilli officialitatis ecclesie Herefordensis quo utimur fecimus appensione muniri. Data et acta sunt hec loco quo supra, anno ab Incarnacione Domini M°CCC°xx°, indiccione iij, pontificatus sanctissimi patris et domini nostri domini Johannis Pape XXII anno quarto, mensis Aprilis die secunda, presentibus discretis viris, Johanne de Barewe, cive Herefordensi, et domino Waltero Carles, Rectore ecclesie de Bradeweye, Wigorniensis diocesis, testibus,

A.D. 1320. etc. Tenor vero commissionis de qua supra fit mencio talis est, Adam, etc., venerabili viro filioque in Christo dilecto, magistro Ricardo de Vernoun, etc. Quia nos de mandato domini nostri Regis, etc., omnia ut supra in commissione anterioris date, videlicet Londoniis, xix° die mensis Februarii, anno Domini M°CCC°xviij°, etc. Et ego, Hugo de Thornhagh, clericus Eboracensis diocesis, sacri Romani Imperii auctoritate notarius publicus omnibus et singulis premissis unacum testibus supradictis, anno, indiccione, pontificatu, mense, die, et loco prenotatis sic, ut premittitur, factis interfui, et ea sic fieri vidi et audivi, ac de mandato domini Officialis et vicarii generalis antedicti premissa unacum commissione premissa omni suspicione falsi carente, magno et integro sigillo predicti domini Episcopo michi precognito signata, scripsi et in hanc publicam formam redegi, signoque meo consueto signavi rogatus.—Ricardus de Vernoun, venerabilis patris, domini A., etc., ab eodem patre ad instituendum et destituendum habens potestatem, dilecto nobis in Christo, magistro Willelmo Rossel de Fowehope, presbitero, salutem, etc. Ad ecclesiam de Westbury, Herefordensis diocesis, ex causa permutacionis vacantem, ad quam per dominum Nicholaum de Baa, militem, verum ejusdem ecclesie patronum, presentatus existis, te caritatis intuitu admittimus, et Rectorem canonice instituimus in eadem. In cujus rei, etc. Datum Herefordie, v° die mensis Aprilis, anno Domini M°CCC°xx. Nos igitur Episcopus supradictus, causas permutacionis et resignacionum predictarum necnon et absolucionum a cura et regimine per vicarium nostrum predictum hinc inde factarum ex habundanti examinantes, quia invenimus ipsas causas racionabiles et legitimas, predictas resignaciones et earum admissiones, absoluciones a cura et regimine, necnon ipsam permutacionem auctoritate nostra factam, et ejus causas tanquam legitimas, ac instituciones, et in corporalem possessionem inducciones ex causis premissis hinc inde secutas, ex certa nostra sciencia approbamus, etc. In quarum, etc. Datum apud Sugwas, xiij° die mensis Junii, anno Domini M°CCC°xxij°, etc.

A.D. 1322. *June 3.—Three Royal Briefs instructing the Sheriff to summon to trial at York the malefactors who had committed outrages in the Bishop's Manors of Ross and Upton.*

Fol. 63. Brevia contra malefactores in maneriis de Ros et de Uptone et in bosco.—Edwardus, etc., Vicecomiti Herefordensi

A.D. 1322. salutem. Si Adam, Herefordensis Episcopus, fecerit te securum de clamio suo prosequendo, tunc pone per vadium et salvos pleggios Willelmum de Baisham, Ricardum Irby, magistrum Stephanum le Keu, Willelmum le Irmongare, Johannem de Pultone, Johannem Marky, Willelmum Marky, Walterum Buffard, Adam Smart, Johannem le Porter, Johannem le Walsh, Ricardum Pani, Thomam Irby, Hugonem Hathewy, Hugonem le Coc, Willelmum filium Philippi, Willelmum Jourdan, Walterum Waties, Willelmum Waties, Adam Boldray, Walterum de Oke, Adam Paty, Adam de Berewe, Willelmum de Reodhale, Galfridum Schayt, Phillippum Seen, Johannem de Donyntone, et Willelmum de Lodebroke, quod sint coram Justiciariis nostris apud Eboracum a die sancti Johannis Baptiste in xv dies, ostensuri quare vi et armis bona et catalla ipsius Episcopi ad valenciam centum librarum apud Ros inventa ceperunt et asportaverunt, et alia enormia ei intulerunt, ad grave dampnum ipsius Episcopi et contra pacem nostram. Et habeas ibi nomina plegorium, etc. Teste me ipso apud Rothwelle, tercio die Junii, anno regni nostri quintodecimo.

Edwardus, etc., Vicecomiti Herefordensi salutem. Si Adam, Herefordensis Episcopus, fecerit te, etc., tunc pone per vadium et salvos pleggios, Ricardum Irby, Thomam Irby, Walterum de Oke, Adam Boldray, Hugonem Hathewy, Willelmum de Baisham de Ponshull, Johannem le Walsh, Willelmum de Rudhale, et Johannem le Porter, quod sint coram Justiciariis nostris apud Eboracum a die sancti Johannis Baptiste in xv dies, ostensuri quare vi et armis arbores ipsius Episcopi apud Ros nuper crescentes succiderunt, et maeremium inde, necnon et alia bona et catalla sua ad valenciam centum librarum ibidem inventa ceperunt et asportaverunt, et alia enormia ei intulerunt ad grave dampnum ipsius Episcopi et contra pacem nostram, etc. Et habeas, etc. Teste ut supra.

Edwardus, etc., Vicecomiti Herefordensi salutem. Si Adam, Herefordensis Episcopus fecerit, etc., tunc pone per vadium, etc. Ricardum Irby, etc., ut supra, quod sint coram Justiciariis nostris, apud Eboracum a die sancti Johannis Baptiste in xv days, ostensuri, quare vi et armis duos equos, duodecim boves, et ducentas et quadraginta oves ipsius Episcopi, precii quadraginta librarum, apud Uptone Episcopi inventas ceperunt et abduxerunt, et alia bona et catalla sua ad valenciam quadraginta librarum ibidem inventa ceperunt et asportaverunt, et alia enormia ei intolerunt, ad grave

A.D. 1322. dampnum, etc., et contra pacem nostram, etc. Et habeas ibi, etc. Teste ut supra, etc.

June 18.—The Bishop instructs William de Fownhope, Rector of Westbury, to act for him in the matter of a dispute as to the Church of Hopton Wafers between William de Scheynestone, presented by the Abbot and Convent of Wigmore, and William de Moreton, who at present has possession.

Fol. 63b. Commissio pro presentato ad ecclesiam de Hoptone Wafre.—Adam, etc., dilecto filio, magistro W. de Fowehope, Rectori ecclesie de Westbury, nostre diocesis, nostro in Officialis nostri absencia commissario generali, salutem, etc. Ad cognoscendum in causa seu negocio que vel quod vertitur seu verti speratur inter Willelmum de Scheynestone, clericum, presentatum ad ecclesiam de Hopton Wafre per religiosos viros, Abbatem et Conventum de Wiggemore, ex parte una, et Willelmum de Morton, possessioni ejusdem ecclesie incumbentem ex altera, et fine debito terminandum, vobis tenore presencium committimus vices nostras, etc. Datum apud Bosbury, xviij° die mensis Junii, anno Domini M°CCC°xxij°.

June 18.—The Bishop of Hereford asks the Bishop of Worcester to proclaim the sentence of excommunication pronounced against Reginald de Munslow, clerk, for violence against William de Wygintone; since Reginald is said to have transferred himself to the Diocese of Worcester.

Requisicio facta Episcopo Wigorniensi optentu mutue vicissitudinis.—Reverendo in Christo patri, domino Thome, Dei gracia Wygorniensi Episcopo, Adam, etc. Ad curam pertinet pastoralem secundum canonicas sancciones excommunicatorum nomina tam vicinis Episcopis quam parochianis suis pariter indicare et publice nunciare, ut ex hoc magis censura ecclesiastica timeatur, et communionis periculum evitetur, contumacie vicium reprimatur, et excommunicati, dum ab aliis vitantur, rubore suffusi ad humilitatis graciam et reconciliacionis effectum facilius inclinentur. Quia igitur Reginaldus de Munselowe, clericus nostre diocesis, cui dudum a sentencia majoris excommunicacionis, qua pro violenta manuum injeccione in Willelmum de Wygintone, acolitum, familiarem nostrum, coram altari capelle nostre de Bosebury, involutus exstiterat, absoluto in virtute juramenti prestiti duximus injungendum, ne extunc in eundem Willelmum vel alium

A.D. 1322 quemcunque clericum seu religiosum, nisi in casu a jure permisso, manus iniceret violentas, propter iteratam violentam manuum injeccionem in eundem Willelmum in majoris excommunicacionis sentenciam a canone latam se confessus est coram nobis dampnabiliter incidisse, petens, ut credebamus, in spiritu humilitatis a dicta excommunicacionis sentencia se absolvi, beneficium absolucionis sibi per nos oblatum temere respuens, juramentum de parendo mandatis nostris et ecclesie ab eo exactum prestare contumaciter recusavit, claves ecclesie contempnendo in anime sue periculum et scandalum aliorum, paternitatem vestram requirimus et rogamus mutue vicissitudinis optentu quatenus eundem Reginaldum, qui se ad vestram diocesim dicitur transtulisse, in ecclesiis vestre civitatis et diocesis denunciari faciatis publice solempniter in hujusmodi excommunicacionis sentenciam incidisse, quousque absolucionis graciam in forma juris meruerit optinere, mandantes eum, si placet modis quibus poteritis, peremptorie citari quod compareat personaliter coram nobis vel nostro in hac parte commissario speciali in ecclesia nostra Herefordensi proximo die juridico post festum sancti Johannis Baptiste super perjurio, sacrilegio, et aliis sibi ex officio obiciendis correccionem et salutem anime sue tangentibus responsurus et corporaliter juraturus, ulteriusque facturus et recepturus quod justitia suadebit. Et quid in premissis duxeritis, etc. Datum apud Bosebury, xviij° die mensis Junii, anno Domini M°CCC°xxij°,

June 1.—Royal Brief informing the Bishop that inspection of the Chancery Rolls proves that the presentation to a prebendal portion in the Church of Castle Holdgate belongs to Alina Burnell.

Breve pro Alina Burnel.—Edwardus. etc., venerabili in Christo patri, Ade, etc. Constat nobis per inspeccionem rotulorum Cancellarie nostre quod advocacio porcionis ecclesie de Castelholgod post mortem Edwardi Burnel defuncti, qui de nobis tenuit in capite, assignata fuit Aline, que fuit uxor predicti Edwardi, habenda in dotem ipsam de advocacionibus ecclesiarum que fuerunt ejusdem Edwardi die quo obiit secundum legem et consuetudinem regni nostri contingentem. Et hec vobis significamus ut quod vestro incumbit officio super presentacione facta ad dictam porcionem ecclesie predicte consultus facere valeatis. Teste me ipso apud Rothewelle primo die Junii, anno regni nostri quintodecimo.

A.D. 1322. *June 13.—The Archbishop sends to the Bishop letters of the Pope pronouncing excommunication against all who should dare to act against the King, and releasing from their oath any who have been induced to swear to join in destroying the Despensers. The Bishop is to cause these letters to be read in all the Churches of the Diocese.*

Fol. 64. Mandatum Archiepiscopi continens litteras apostolicas pro dominis H. et H. Dispensare.—Walterus, permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus, etc., venerabili fratri, domino Ade, etc. Litteras apostolicas ex parte domini nostri Edwardi, Anglorum Regis illustris, oblatas ij° Idus Junii, seriem que sequitur recepimus continentes:—Johannes Episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus, Archiepiscopo Cantuariensi et Wyntoniensi et Eliensi Episcopis, salutem et apostolicam benediccionem. Personam carissimi in Christo filii nostri Edwardi, Regis Anglie illustris, ejusque regnum inclitum ea dileccionis sinceritate prosequimur, ut suum dictique regni statum a guerrarum fluctubus liberum et a discriminibus turbacionum immunem paternis desideriis affectantes, ad procurandum tranquillitatem et quietem illius, oportunum Apostolice Sedis favorem, quantum cum Deo possumus, liberaliter inpendamus, quatinus Rex ipse securitate sibi ab insidiis emulorum indulta utilitatibus propriis liberius possit intendere, seque ad sumendum negotium terre sancte nostris precordiis non mediocriter insistens, ad quod idem Rex, ut asserit, ferventer anelat, habilius valeat preparare. Cum itaque, sicut displicenter audivimus, nonnulli nobiles et magnates Regem ipsum et regnum Anglie ac terram suam Hibernie invadere ausu nitantur illicito, nos eorum in hac parte conatibus oportunis obviare remediis cupientes, et ad id expedire censentes spiritualem gladium exerceri, in omnes et singulos, cujuscunque sint preeminencie, dignitatis, aut status, qui Regem, ipsum regnum et terram predictam, ut premittitur, cum armis vel sine armis invadere presumpserint, vel alias invasoribus ipsis, ut premittitur, in pecunia, equis, armis, vel aliis illicito modo prestiterint auxilium, consilium, vel favorem publicum vel occultum, excommunicacionis sentenciam promulgamus, quam a die publicacionis ejus suum effectum volumus optinere, et a qua eos sine speciali mandato Sedis Apostolice, nisi forsan in mortis articulo, prohibemus absolvi, in quo si fuerint absoluti, et ipsos contigerit sanitati restitui, nisi satisfecerint infra mensem, eadem sentencia ligare volumus eo ipso. Quocirca fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos

A.D. 1322. vel per alium seu alios hujusmodi excommunicacionis sentenciam, ubicunque expedire videritis, et precipue in locis maritimis seu mari vicinis sic frequenter et solempniter publicetis, quod verisimile sit quod sentencia hujusmodi ad nobiles et magnates et alios pervenerit supradictos, nec ipsi possint ignoranciam vel excusacionem pretendere, quod sentencia ipsa non pervenerit ad eosdem, cum taliter extiterit publicata: non obstantibus si alicui vel aliquibus sub quacunque forma vel concepcione verborum a Sede Apostolica sit indultum quod excommunicari non possint per litteras Sedis ejusdem non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mencionem, et qualibet alia dicte Sedis indulgencia generali vel speciali cujuscunque tenoris vel expressionis existat, per quam effectus presencium impediri possit vel quomodolibet retardari. Datum Avinione, iij° Non. Maii, Pontificatus nostri anno sexto. Item:—Johannes Episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus, Cantuariensi et Eboracensi Archiepiscopis, ac dilecto filio Rogero, Electo Coventriensi et Lichfeldiensi, salutem et apostolicam benediccionem. Significavit nobis carissimus in Christo filius noster Edwardus, Rex Anglie illustris, quod nonnulli de regno suo Anglie in destruccionem dilectorum filiorum, nobilium virorum, Hugonis le Despenser, senioris, et Hugonis le Despenser, filii ejus, indebite conspirantes, se ad destruccionem hujusmodi processuros juramentis corporaliter prestitis firmaverunt, ex quibus in eodem regno multa et gravia provenerunt pericula, et innumera et dispendiosa scandala sunt secuta, et nisi celeriter occurratur, possent forte subsequi graviora. Nos igitur considerantes attencius quod hujusmodi juramenta nedum temeraria, set eciam illicita fuisse noscuntur, cum in divine majestatis redundent offensam, et in dicti Regis, ad quem dictorum Hugonis, patris, et Hugonis, filii ejus, correccio et punicio, si sic conspirantes in aliquo offenderant, pertinet, fuerint attemptata, ac volentes periculis et scandalis, dispendiis et jacturis hujusmodi, paterne diligencie studiis obviare, dicti Regis supplicacionibus inclinati discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus vos et quilibet vestrum per vos vel per alium seu alios juramenta hujusmodi quatenus processerunt de facto relaxare, ac nichilominus irrita nunciare nostra auctoritate curetis, injuncto eis qui juramenta talia prestiterunt quod de jure fuerit injungendum. Datum Avinione, iij° Non. Maii,
Fol. 64b. Pontificatus nostri anno sexto. Et licet ad execucionem debitam premissorum totis animi desideriis ob sancte Sedis Apostolice

A.D. 1322. reverenciam intendamus viriliter, ut tenemur, eo tamen forcius ad premissa exequenda reputamus nos astrictos, quo dominus noster Rex suis super hoc nobis directis apicibus corditer expectavit, ut predicta mandata apostolica per omnes provincie nostre partes mandaremus et faceremus cum tanta celeritate ubilibet publicari, quod ante inicium progressus sui contra Scotos premissa ad noticiam pervenire valeant singulorum. Vestre igitur fraternitati apostolica auctoritate firmiter injungendo committimus et mandamus quatinus predicta mandata et contenta in eisdem in ecclesia vestra cathedrali et ceteris ecclesiis vobis subjectis ac locis aliis publicis absque more tardidate cujuscunque per dies dominicos et festivos ac alios, prout vobis videbitur receptis presentibus, per vos et per alios taliter publicare curetis quod contenta in mandatis apostolicis ad omnium vestre diocesis noticiam, ut premittitur, valeant devenire, et neminem lateant verisimiliter in eadem. Ceterum quia dominus noster Rex pro defensione ecclesie Anglicane ac regni sui et incolarum ejusdem contra insultus et insidias Scotorum, qui ad invasionem regni et ipsius dissipacionem totis viribus jam insistunt, agminibus bellicis ad hoc dispositis pro repulsione eorundem preparat se in dies, vobis injungimus arctius et mandamus quatinus pro ipso domino Rege contra inimicos hujusmodi et rebelles cum armata potencia in proximo profecturo per populum vobis subjectum, processionibus solempnibus bis per ebdomadam, quarta videlicet et sexta feria, per vos indictis, apud pacis auctorem preces assiduas procuretis effundi, ut hiis mediantibus ex divina dispensacione pacis tranquillitas obveniat, et domino nostro Regi contra inimicos hujusmodi triumphus accedere valeat gloriosus. De die vero recepcionis presencium et quid in premissis, etc., citra festum sancti Jacobi Apostoli distincte et aperte curetis reddere cerciores, etc. Datum apud Lambethe, Idibus Junii, anno Domini millesimo CCC° vicesimo secundo.

June 25.—The Bishop commissions Richard de Vernon, the Official, and Thomas de Pembridge, the Treasurer, to act for him in appointments to Benefices.

Commissio ad Conferenda beneficia.—Adam, etc., venerabilibus viris, filiis in Christo dilectis, magistro Ricardo de Vernoun, juris canonici professori, canonico nostre Herefordensis ecclesie, Officiali nostro, et domino Thome de Penebrugge, Thesaurario ejusdem ecclesie, salutem, etc. Ad conferendum personis ydoneis beneficia

A.D. 1322. quecunque cum cura vel sine cura ad nostram collacionem qualitercunque devoluta, seu devolvenda, eciam si prebende existant et ad inducendum vel induci faciendum personas hujusmodi quibus ea contuleritis in corporalem possessionem beneficiorum ipsorum, liberam vobis conjunctim aut uni vestrum divisim concedimus facultatem, vicesque nostras committimus, etc. Datum apud Prestebury, xxv° die mensis Junii, anno Domini M°CCC°xxij°, etc.

June 26.—The Bishop commissions the Chaplain of Ruwardine to enquire whether Adam Brian, who had received Christian burial, had died excommunicate.

Commissio ad inquirendum si Adam Brian excommunicatus decessit.—Adam, etc., capellano parochiali capelle de Luwardyn nostre diocesis, salutem, etc. Nuper ex relatu quorundam fidedignorum intelleximus quod Adam Brian propter dampna, transgressiones, et injurias notorie per ipsum Adam in bosco nostro de Ros illatas, sentencia excommunicacionis majoris a sanctissimis patribus et nostris predecessoribus contra hujusmodi malefactores promulgata, involutus decessit, quodque idem Adam sic notorie excommunicatus contra canonica instituta, beneficio absolucionis non obtento, ecclesiastice est traditus sepulture. Cum igitur excommunicatorum corpora ecclesiastice sepulture tradita, si ab aliorum corporibus discerni poterunt, exhumari debent, et procul ab ecclesiastica sepultura jactari, vobis mandamus quatinus super omnibus et singulis premissis, et an dictus Adam vivens de hujusmodi dampnis illatis vere penitens reconciliacionem petierit inquiratis diligencius veritatem. Et quid in premissis, etc. Datum apud Prestebury, xxvj° die Junii, anno Domini supradicto.

July 4.—The Bishop consents to act as arbitrator in the dispute between William de Scheynestone and William de Morton, portionist in Castle Holdgate, as to the Church of Hopton Wafers.

Fol. 65. Littera missa domino W. de Mortone, porcionario de Holegod.—Adam, etc., dilecto filio, Willelmo de Mortone, porcionario in ecclesia de Castro Holegode, salutem, etc. Quia placet tibi et Willelmo de Cheynstone, presentato ad ecclesiam de Hoptone Wafre, quod lis mota inter te et dictum Willelmum super eadem ecclesia, ordinacionis nostre compendio pocius quam judiciali

A.D. 1322. strepitu et dispendio sopiatur, nos volentes animarum saluti consulere, et utriusque partis indempnitati prospicere, ne frustra vexentur laboribus et expensis, parati sumus partibus in nostra presencia constitutis et plenius auditis super premissis deliberacione previa ordinare. Et ideo dicto Willelmo denunciari fecimus quod sit coram nobis apud Prestebury hac instanti die Lune proxima post festum Translacionis sancti Thome, nos de jure suo plenius informaturus et ordinacionem nostram auditurus, et eidem ut justum fuerit, pariturus. Et id ideo tibi tenore presencium intimamus. Datum sub nostro privato sigillo apud Prestbury, die Martis in Octaba Apostolorum Petri et Pauli.

July 16.—Confirmation by the Bishop of a grant by the Chapter of the Churches of Diddlebury and Long Staunton to Richard de Vernon ad firmam *for his life, at a rental of £60 a year.*

Confirmacio data Officiali Herefordensi de firma de Dodlebury et Longestauntone.—Universis sancte matris ecclesie filiis, ad quorum noticiam littere presentes pervenerint, Adam, etc. Noverit universitas vestra nos inspexisse litteras dilectorum filiorum, Capituli nostre Herefordensis ecclesie, decanatu ejusdem vacante, tenorem qui sequitur continentes :—Anno Domini M°CCC°xxij° et regni Regis Edwardi, filii quondam Regis E., xv°, mense Junio, die Jovis in festo nativitatis beati Johannis Baptiste, nos Capitulum ecclesie Herefordensis, ipsius decanatu vacante, habitis tractatu et deliberacione plenariis in communi inter nos, ecclesieque nostre utilitate considerata. ejus nomine, nostro, et singulorum concanonicorum nostrorum presencium et futurorum, residencium et non-residencium, in loco Capitulari ecclesie nostre Herefordensis, damus, concedimus, et tradimus presenti scripti tenore venerabili viro, fratri et concanonico nostro, magistro Ricardo de Vernoun, juris canonici professori, presenti et recipienti ad censum annuum, firmam sive locacionem, ad totam vitam ejusdem, ecclesias nostras de Dodlebury et Longestauntone, in comitatu Salopsire, Herefordensis diocesis, nobis et dicte ecclesie nostre ab olim appropriatas, et in usus proprios existentes, habendas et tenendas cum fructibus, redditibus, proventibus, et obvencionibus, et ceteris suis juribus et pertinenciis universis, pro lx libris sterlingorum ponderis et monete legalis annuatim ab eodem magistro Ricardo, ecclesie et Capitulo, nobis et nostris successoribus, terminis subscriptis in ecclesia Herefordensi solvendis, in festis Purificacionis beate Marie, xx

A.D. 1322. marcas, sancti Ethelberti xx marcas, Apostolorum Petri et Pauli xx marcas, et sancti Laurencii xxx marcas. Nosque Capitulum, canonici, et successores nostri prefatas ecclesias de Dodlebury et Longestauntone cum fructibus, etc., ad terminum vite predicti magistri Ricardi pro solucione census et pecunie antedicte, eidem contra quoscunque cujuscunque dignitatis, status, preeminencie, et condicionis warantizabimus, etc., nostris sumptibus et expensis, quecunque onera ordinaria, extraordinaria, personalia, et realia supportantes. Damus eciam et concedimus eidem magistro Ricardo, nomine ecclesie, Capituli, et canonicorum predictorum, potestatem et liberam administracionem pro premissis agendi, defendendi, in animas nostras quecunque juramenta licita prestandi, et alia in judiciis et extra omnia et singula faciendi, que merita causarum et oportunitas negociorum contingere poterunt et contingent. Et si qua ab eisdem ecclesiis de Dudlebury, Longestauntone, antea alienata, distracta, collapsa, diruta, seu ab aliquibus detenta, ad jus et proprietatem earundem ecclesiarum et earum pertinencium restitui procuraverit infra terminum census et firme predictorum suis sumptibus et labore, eadem recuperata damus et concedimus sub tradicione predicta pro pecunia antedicta eidem magistro Ricardo usque ad terminum predictum in recompensacionem hujusmodi procuracionis. Et ego, Ricardus de Vernoun predictus, cancellarius, ipsarum ecclesiarum de Dudlebury et Longestauntone domos, terras, possessiones, et jura earum, durante censu et firma predictis, in adeo bono statu quo ea receperim conservabo et dimittam. Obligo eciam me, heredes, executores, omnes terras et tenementa, et possessiones meas, prebendam et communam michi debitam in ecclesia Herefordensi, ad satisfaccionem dictarum lx librarum loco et terminis antedictis, et ad omnia et singula per me dicta districcioni et coercioni dicti Capituli et cujuslibet judicis ecclesiastici et secularis. In cujus rei testimonium, etc. Nos igitur attendentes dacionem, concessionem, et tradicionem predictas per ipsius magistri Ricardi fidelitatem et industriam fore nostre ecclesie Herefordensi dante Domino profuturas, ipsas auctoritate pontificali tenore presencium confirmamus, salvo tamen nobis et successoribus nostris in ecclesiis memoratis jure episcopali et nostre predicte ecclesie dignitate. In cujus rei, etc. Datum apud Prestbury, xvj° die Julii, anno Domini M°CCC°xxij°, etc.

A.D. 1322. *July 16.—The Bishop, since he has in accordance with a Papal mandate collated John de Lugwardine to the prebendal portion in the Church of Bromyard vacant by the death of Richard de Dunre, issues a mandate to induct.*

Commissio pro magistro Johanne de Lugwardyn.—Salutem, etc. Quia nos de mandato apostolico magistrum Johannem de Lugwardyn virtute gracie apostolice sibi facte ad porcionem vacantem in ecclesia de Bromyard per mortem magistri Ricardi de Dunre duximus admittendum, et ipsam eidem ex habundanti, quatinus ad nos collacio pertinet, contulimus jure nostro, tibi committimus et mandamus quatinus dictum magistrum Johannem, seu magistrum Th. de Gynes, et dominum Walterum, Rectorem ecclesie de Stokelacy, procuratores ipsius, seu eorum alterum nomine dicti Johannis in corporalem possessionem dicte porcionis cum suis juribus et pertinenciis inducas, etc. Datum apud Prestbury, xvj° die Julii, anno Domini M°CCC°xxij°.

June 25.—The Bishop commissions Richard de Vernon and Thomas de Pembridge to take charge of the spiritualities of the See, while he himself is absent from the Diocese.

Fol. 65b. Commissio.—Adam, etc., venerabilibus viris, filiis in Christo dilectis, magistro Ricardo de Vernoun, juris canonici professori, canonico nostre Herefordensis ecclesie, Officiali nostro, et domino Thome de Penebrugge, thesaurario ejusdem ecclesie, salutem, etc. Quia nos certis de causis extra diocesim nostram agentes administracionem spiritualium ad presens intendere non valemus, de vestra fidelitate et industria plenam in Domino fiduciam reportantes, vos conjunctim et divisim vicarios nostros in spiritualibus ordinamus et constituimus per presentes, ac vobis et alteri vestrum conjunctim et divisim ad inquirendum, corrigendum, et puniendum subditorum nostrorum excessus, et eosdem, prout jus exigit, a beneficiis, etc., ad collacionem nostram qualitercunque spectantibus, eciam si in nostra ecclesia cathedrali vel extra eam existant, amovendos et destituendos, ac ipsa beneficia auctoritate nostra personis ydoneis conferendo vel personas hujusmodi ab aliis presentatas ad quecunque beneficia admittendas et instituendas, etc., necnon ad acceptandum resignaciones hujusmodi beneficia optinencium canonice faciendas, liberam concedimus facultatem, vicesque nostras committimus, etc. Volumus autem quod in agendis premissis alter

A.D. 1322. vestrum alterum non expectet. Datum apud Prestbury, xxv° die mensis Junii, anno Domini M°CCC°xxij°, etc.

March 19.—Roger de Breinton being Proctor for John de Orleton appoints William de Breinton and Robert, Rector of Wanstrow, jointly to act for him.

Substitucio facta domino W. de Breyntone pro magistro J. Dorletone.—Tenore presencium pateat universis quod ego, Rogerus de Breyntone, Rector ecclesie de Aka, Herefordensis diocesis, procurator venerabilis viri, magistri Johannis de Orletone, canonici Wellensis, discretos viros, michique in Christo dilectos, dominum Willelmum de Breyntone, Rectorem ecclesie de Mordeford, dicte Herefordensis diocesis, et dominum Robertum, Rectorem ecclesie de Wandestret, Bathoniensis et Wellensis diocesis, conjunctim et divisim in omnibus juxta vim, formam, et effectum procuratorii michi per dictum dominum meum facti, loco mei substituo per presentes. In cujus rei testimonium, quia sigillum meum pluribus est ignotum, sigillum venerabilis patris, domini Ade, etc., apponi presentibus procuravi. Datum apud Prestbury, die Veneris proximo post festum sancti Gregorii Pape, anno Domini M°CCC°xxj°.

July 28.—John de Trilleck appoints John Rees, Rector of Dorstone, and Henry de London to be his Proctors for prosecuting a case in the Court of Canterbury.

Procuratorium ad instanciam Johannis de Trillek.—Tenore presencium pateat universis quod ego, Johannes de Trillek, clericus, porcionarius in ecclesia de Bromyard, Herefordensis diocesis, in omnibus causis, litibus, et negociis personam meam aut porcionem meam predictam qualitercunque contingentibus coram quibuscunque judicibus, ordinariis, etc., quociens me abesse vel adesse contigerit, dilectos michi in Christo, magistros Johannem Rees, Rectorem ecclesie de Dorstone, et Henricum de Londoniis, conjunctim seu divisim etc., procuratores meos legitimos ordino, etc., necnon de procedendo in principali causa in Curia Cantuariensi, omisso cujuslibet appellacionis articulo ad Sedem Apostolicam et pro tuicione Curiam Cantuariensem predictam per me interposito, nomine meo consenciendi, status mei reformacionem et in integrum restitucionem, quociens opus fuerit, nomine meo petendi et recipiendi,

A.D. 1322. alium seu alios procuratorem aut procuratores nomine suo et cujuslibet ipsorum substituendi, etc.; pro eisdem vero procuratoribus meis et eorum quolibet substitutoque ab eisdem seu aliquo eorundem rem ratam haberi et judicatum solvi sub ypotheca rerum mearum promitto, et cauciones expono per presentes. In cujus rei testimonium, quia sigillum meum pluribus est incognitum, sigillum venerabilis patris, domini Ade, etc., apponi presentibus procuravi. Et nos, Adam, etc., ad rogatum dicti Johannis presens procuratorium sigillo nostro fecimus consignari in testimonium premissorum. Datum apud Prestbury, v° Kal. Augusti, anno Domini M°CCC°xxij°.

July 30.—The Bishop commissions Richard de Vernon to act for him in the matter of an exchange between John de Henley, Rector of Edvin Ralph, and John Abraham, Vicar of Sellack.

Commissio de permutacione vicarie de Baisham cum Rectoria de Yeddefen.[1]—Adam, etc., discreto viro, dilecto filio, magistro Ricardo de Vernoun, etc. Cum dilecti filii, Johannes de Henleye, Rector ecclesie de Yeddefen, et magister Johannes Abraham, vicarius ecclesie de Baisham, nostre diocesis, proponant eadem sua beneficia ex causis legitimis permutare, dumtamen assensus et auctoritas eorum quorum interest intervenerint in hac parte, discrecioni vestre, de qua plenam fiduciam gerimus, ad inquirendum de causis permutacionis hujusmodi, examinandum, et canonice acceptandum easdem, ac permutacionem hujusmodi juxta sancciones canonicas approbandum, ac prefatum magistrum J. Abraham ad dictam ecclesiam de Yeddefen, et predictum Johannem de Henleye ad vicariam ecclesie de Baisham prefate ad presentacionem patronorum ipsorum, receptis prius resignacionibus eorundem Johannis et Johannis, admittendos, ac dictum magistrum Johannem Abraham, Rectorem in ecclesia de Yeddefen, et dictum Johannem de Henleye, vicarium in ecclesia de Baisham, canonice instituendos, etc., vices nostras committimus per presentes, mandantes quatinus de processu vestro in hac parte habendo nos per
Fol. 66. litteras vestras patentes harum et ejusdem processus vestri seriem continentes curetis reddere cerciores. Datum apud Prestbury, xxx° die mensis Julii, anno Domini M°CCC°xxij°.

1—MS. Hopemaloisel: probably from some confusion with the next entry.

A.D. 1322. *July 30.—Commission to the Official to enquire into a proposed exchange between William de Mokholom,[1] Vicar of Bourton-by-Bampton, and Thomas Brown, Rector of Hope Mansel.*

Item Commissio pro permutacione ecclesie de Hopemaloisel cum vicaria.—Item memorandum quod eisdem die, loco, et anno, presentato per Priorem et Conventum Monemute Willelmo de Mokholom, vicario ecclesie de Bourtone, Lincolniensis diocesis, ad ecclesiam de Hopemaloisel, racione permutacionis faciende inter ipsum et Thomam Brun, Rectorem ejusdem ecclesie, mandavit dominus Officiali suo ad inquisicionem, ut moris est, faciendam in hac parte. Cujus quidem Johannis resignacio tunc exhibita fuit domino sub sigillo Officialis Archidiacioni Herefordensis.

Aug. 2.—The Bishop instructs the Official and the Archdeacon of Hereford to prevent any interference with Richard de Stoke in his administration of the spiritualities and temporalities of Letton on the part of Milo, the aged Rector's nephew, who for ten years has illegally held the Church ad firmam.

Commissio pro magistro Ricardo de Stoke.—Adam, etc., dilectis filiis, Officiali nostro et Archidiacono nostro Herefordensi, salutem, etc. Licet dudum a sanctis patribus salubriter sit provisum quod ecclesie parochiales non tradentur ad firmam nisi dumtaxat personis ecclesiasticis sanctis et honestis quas locorum Episcopi libere valeant coercere, de quibus verisimiliter presumi debeat quod fructus earum in bonos usus convertant, et tunc ex causa justa seu necessaria per eosdem Episcopos approbata, quodque hujusmodi ecclesie eciam personis predictis ultra quinquennium ad firmam minime conferantur, nec finito quinquennio renoventur eisdem, nisi prius ipsam alii habuerint medietatem, tamen dominus Milo, Rector ecclesie de Lectone, senio, morbo incurabili, ac corporis debilitate adeo pregravatus, sentiens se ad execucionem sui officii et ecclesie regimen impotentem, ipsam ecclesiam contra tam sanam et tam salubrem provisionem, neglecta cura animarum que iminet in eadem, ad firmam temere de facto concessit cuidam Miloni, nepoti suo, nullum beneficium ecclesiasticum seu aliud immobile in nostra diocesi optinenti, qui decem annis et amplius virtute hujusmodi firme reprobe abutens fructibus et proventibus ecclesie supradicte, ipsos in usus illicitos convertendo, cancellum et edificia

1—In a previous entry (under date March 8) this name is written Mochwolne.

A.D. 1322. ipsius ecclesie neglexit, ita ut integra non servavit, nec diruta restauravit, propter quod status dicte ecclesie multipliciter deformatur, et in parochia de Lectone et locis vicinis grave scandalum suscitatur. Nos igitur pastoralis officii debitum exequentes per inquisicionem legitimam de veritate premissorum plenius informati, volentes animarum saluti prospicere, et dicti Rectoris statui providere, discreto viro, filio in Christo dilecto, magistro R. de Stoke, presbitero, juris civilis professori, quem eidem Rectori coadjutorem dedimus, administracionem spiritualium et temporalium dicte ecclesie in forma juris duximus committendam, revocantes nichilominus ex causis premissis firmam predictam tanquam invalidam, quatenus de facto noscitur processisse. Et licet prefatus Milo, nepos dicti Rectoris, in nostra presencia constitutus, quem super premissis culpabilem invenimus, revocacionem hujusmodi acceptaverit expresse, et se nostre ordinacioni et arbitrio in hac parte submiserit, promittens se nolle decetero post et contra hujusmodi revocacionem intromittere de fructibus et proventibus ecclesie memorate, ipse tamen, ut intelleximus, dictum magistrum R. in administracione premissa et collacione fructuum predictorum inquietare seu molestare nititur, et multipliciter eciam perturbare. Quocirca vobis conjunctim et divisim tenore presencium committimus et mandamus quatenus eundem Milonem, et quoscunque alios dictum magistrum in premissis aliqualiter molestantes moneatis, et efficaciter inducatis ut a molestacionibus hujusmodi omnino desistant. Alioquin ipsos ad id auctoritate nostra per omnem censuram ecclesiasticam compellatis. Datum apud Prestbury, secunda die Augusti, anno Domini M°CCC°xxij°.

Aug. 12.—Reginald de Munslow is absolved from the sentence of excommunication which he had incurred by violently attacking in the Church of Bosbury William de Wigton, acolyte.

Littere contra Reginaldum de Munselowe.—Universis, etc., Adam, etc. Noverit universitas vestra quod cum Reginaldus de Monselowe, die Dominica proxima post festum sancte Katerine virginis proxime nunc preteritum, in capella manerii nostri de Bosebury, nostre diocesis, manus violentas in Willelmum de Wyggetone, familiarem nostrum acolitum, injecisset, ac in crastino coram nobis comparuisset idem, humiliter confitens violenciam antedictam, et petens sibi a sentencia excommunicacionis majoris

A.D. 1322. quam propter hujusmodi incurrebat beneficium absolucionis impendi, nos eum, prius recepto ab ipso juramento et tactis sacrosanctis Dei Evangeliis de parendo mandatis ecclesie atque nostris, a sentencia hujusmodi juxta formam ecclesie duximus absolvendum; cui precepimus in virtute prestiti juramenti, prout ex debito tenebamur, quod extunc in eundem Willelmum, clericum, seu alium clericum quemcunque manus non injiceret violentas. Postmodum vero idem Reginaldus, die Mercurii proxima post festum sancti Barnabe Apostoli proxime preteritum, contra juramentum suum prestitum manus violentas in prefatum Willelmum, clericum, iterato injecit, prout coram nobis ipso die fatebatur expresse, petens absolucionem a sentencia excommunicacionis quam propter hujusmodi violenciam incurrebat, quam non meruit nec optinuit, quia de parendo mandatis ecclesie debitum et solitum juramentum prestare temere recusavit, set in hujusmodi excommunicacionis sentencia usque ad diem Veneris proximam post festum Nativitatis beati Johannis Baptiste proxime preteritum animo prestitit indurato; quo die nobis existentibus in manerio nostro de Prestbury venit idem, petens se a sentencia excommunicacionis quam propter iteratam violenciam in predictum Willelmum incurrebat absolvi; cujus absolucionem in forma juris a sentencia predicta impendendam Officiali nostro existenti nobiscum duximus committendam. Datum apud Prestbury, xij[a] die mensis Augusti, anno Domini M°CCC°x [xij°], etc.

Aug. 13.—The Bishop commissions Thomas de Chandos, Archdeacon of Hereford, to take charge of the spiritualities of the See, while he himself is absent from the Diocese.

Fol. 66b. Commissio facta Archidiacono Herefordensi de vicaria.— Adam, etc., discreto viro, filio in Christo dilecto, magistro Thome de Chaundos, Archidiacono nostro Herefordensi, salutem, etc. Quia nos extra diocesim nostram in remotis agentes administracioni spiritualium in eadem ad presens intendere non valemus, de vestra fidelitate et industria plenam in domino fiduciam reportantes, vos nostrum in absencia vicarium in spiritualibus ordinamus et constituimus, etc., quamcunque potestatem super hoc quibuscunque aliis per nos concessam tenore presencium revocantes. Datum apud Evesham,[a] xiii die mensis Augusti, anno Domini M°CCC°xxij°, etc.

A.D. 1322. *Aug. 1.—The Bishop empowers Thomas de Chandos to confer benefices, and to induct to the same.*

Alia commissio.—Adam, etc., discreto viro, filio dilecto, magistro Thome de Chaundos, Archidiacono nostro Herefordensi, salutem, etc. Ad conferendum personis ydoneis beneficia quecunque cum cura vel sine cura ad nostram collacionem spectancia, etc., liberam vobis concedimus facultatem, vicesque nostras committimus, etc. Datum apud Prestbury, prima die mensis Augusti, anno Domini M°CCC°xxij°, etc.

Sept. 6.—The Bishop permits Robert, Vicar of Fownhope, to accept preferment, though suffering from a defect in the pupil of one eye.

Littera concessa vicario de Fowehope.—Adam, etc., dilecto in Christo filio, domino Roberto, nunc vicario ecclesie de Fowehope, nostre diocesis, salutem, etc. Caritatis opera, conversacionis merita, et cetera dona virtutum, quibus te ille infinite virtutis Dominus insignivit, exposcunt, ut illam quam cum Deo possimus tibi graciam faciamus. Hinc est quod auctoritate diocesana tibi tenore presencium indulgemus, ut non obstante defectu quem in pupilla oculorum altera pateris, possis ad aliam vicariam ecclesie parochialis nostre diocesis, si tibi canonice offeratur, admitti, et institui in eadem, dimissa illa vicaria, si malueris, quam nunc tenes. In cujus rei, etc. Datum apud Prestbury, vj^{a} die mensis Septembris, anno Domini M°CCC°xxij°, etc.

Sept. 11.—The Bishop gives to Walter Carles the Canonical House before held by Richard de Dunre.

Collacio domorum canonicalium.—Memorandum quod xi^{a} die Septembris, anno Domini M°CCC°xxij° apud Prestbury, contulit dominus domino Waltero Kareles, canonico Herefordensi, domos canonicales quas inhabitare consuevit magister Ricardus de Dunre, quondam canonicus Herefordensis, dum canonicus ibidem extiterit, possidendas, dando eidem super collacione hujusmodi suas patentes litteras consuetas. Et tunc mandavit Johanni de Frendwike, janitori suo Herefordensi, pro induccione ipsius.

A.D. 1322. *Aug. 13.—Roger [de Northburgh], Bishop of Lichfield, commissions the Bishop of Hereford to act for him in the matter of an exchange between William de Hodenet, Rector of Madeley, and James de Tifford, Portionist of Wroxeter.*[1]

Fol. 67. Littera Episcopi Coventriensis et Lichfeldensis de permutacione beneficiorum.—Venerabili in Christo patri, domino Ade, Dei gracia Herefordensi Episcopo, Rogerus [de Northburgh], ejusdem permissione Coventrensis et Lichfeldensis Episcopus, salutem, etc. Cum Willelmus de Hodenet, Rector ecclesie de Maddeleye, vestre diocesis, et Jacobus de Tifford, porcionarius in ecclesia de Wroxcestria, nostre diocesis, proponant dicta sua beneficia inter se ex causis legitimis mutuo, ut asseritur, permutare, dumtamen assensus et auctoritas eorum quorum interest intervenerint in hac parte, nos quorundam instancia requisiti considerantesque quod hujusmodi permutacionis negocium melius per unum quam per duos poterit expediri, paternitati vestre reverende, de qua fiduciam plenam gerimus, ad inquirendum de causis permutacionis hujusmodi, ut predicitur, faciende, examinandum, et canonice acceptandum easdem, ac permutacionem hujusmodi, quatenus ad nos pertinet, juxta canonicas sancciones approbandam, et in eo eventu si permutacionis causas duxeritis approbandas, prefatum Willelmum ad dictam porcionem in ecclesia de Wroxcestria, nostre diocesis, ad presentacionem patroni ejusdem, recepta prius per vos resignacione canonica porcionarii predicti, si vobis oblata fuerit, admittendum, et canonice instituendum in eadem, reservata nobis ipsius Willelmi canonica obediencia, et induccione ejusdem in corporalem possessionem porcionis predicte, prout de jure fuerit faciendum, vices nostras committimus per presentes, rogantes quatenus de processu vestro in hac parte habendo nos per dictum Willelmum velitis per litteras vestras patentes, etc. Per felices successus ad ecclesie sue regimen dirigat Altissimus statum vestrum. Datum apud Tachebroke, non. Augusti, anno Domini M°CCC°xxij° et consecracionis nostre primo.

Sept. 28.—The Bishop, after due inquiry, sanctions and carries out the above-mentioned exchange.

Forma admittendi ex causa permutacionis.—Xxviij[a] igitur die mensis Septembris, anno Domini M°CCC°xxij° apud Herefordiam comparuerunt coram domino Willelmus et Jacobus predicti,

1—Cf. Reg. Northburgh (Ed. Bp. Hobhouse. *William Salt Col.*) p 4.

A.D. 1322. presentantes eidem litteras prescriptas, et proponentes causas hujusmodi permutacionis, et ad hujusmodi beneficia petentes admitti. Quas quidem causas idem dominus Herefordensis diligenter examinans, et juxta canonicas sancciones acceptans et approbans, dictum Willelmum, vice et auctoritate domini Coventriensis et Lichfeldensis Episcopi, ut premittitur, eidem commissa, ad porcionem in ecclesia de Wroxcestria in manus suas per dictum Jacobum ex causa permutacionis hujusmodi resignatam admisit, ad presentacionem Comitis Arundellie, veri patroni ejusdem, prout constat per inquisicionem factam per officialem domini Archidiaconi Salopsire, et eundem Willelmum porcionarium instituit in eadem, obedienciam et induccionem dicto domino, Coventriensi et Lichfeldensi Episcopo, reservando. Cui quidem Willelmo dedit dominus super hiis similes litteras mutatis mutandis quales nuper dedit Willelmo de Mokholm de vicaria de Bourtone, Lincolniensis diocesis, prout in registro superius continetur.

Oct. 9.—The Bishop confirms a grant by the Chapter of certain lands in the suburb of Hereford to the Preaching Friars.

Fol. 67b. Confirmacio concessionis tenementorum facte per Capitulum Herefordense fratribus predicatoribus.—Omnibus, etc., Adam, etc. Noverit universitas vestra nos inspexisse cartam concessionis canonicorum Capituli nostre ecclesie Herefordensis factam fratribus predicatoribus in suburbio Herefordie commorantibus, et eorum successoribus, super quodam tenemento de ipsorum canonicorum feodo in hec verba:—Omnibus, etc., canonici Capituli ecclesie Herefordensis salutem, etc. Cum dominus Edwardus, filius regis Edwardi, Dei gracia illustris Rex Anglie, per cartam suam feoffamenti dederit et concesserit fratribus de ordine predicatorum omnes terras et omnia tenementa cum pertinenciis que adquisivit de Philippo le Waleys, clerico, in suburbio Herefordie, habenda et tenenda eisdem fratribus et successoribus suis ad quandam domum pro inhabitacione fratrum dicti ordinis de novo construendam, et ad divina singulis diebus pro anima sua et animabus antecessorum suorum et omnium fidelium defunctorum celebrandum imperpetuum, quarum quidem terrarum et tenementorum quedam sunt de feodo nostro, et ad nos ut jus ecclesie nostre antedicte racione escaete pertinere deberent, virtute statuti domini Regis nuper contra religiosos provisi, et que Reginaldus Faber quondam de nobis tenuit in capite in surburbio Herefordie,

A.D. 1322. que extendunt se a vico que vocatur Froggelane in longitudine usque ad aquam que vocatur Smalpors, nos, nolentes in aliquo contra id quod in honorem Dei et sancte ecclesie actum est per dominum nostrum, illustrem Regem Anglie prefatum, resistere, volumus et concedimus et pro nobis et successoribus nostris imperpetuum quietum clamamus fratribus ordinis predicti omnes terras et omnia tenementa predicta cum pertinenciis, habenda et tenenda de nobis, ecclesia, et successoribus nostris eisdem fratribus et successoribus suis juxta formam donacionis predicte; salvis tamen nobis et successoribus nostris ac ecclesie nostre Herefordensi predicte serviciis inde debitis et consuetis. In cujus rei, etc. Datum in Capitulo nostro Herefordensi, die Martis in crastino sancti Petri in Cathedra, anno Domini M°CCC°xxij°. Nos igitur, concessionem predictam ratam habentes, pro nobis et nostris successoribus ipsam, quantum in nobis est, tenore presencium confirmamus. In cujus rei, etc. Datum et actum Herefordie, nono die mensis Octobris, anno Domini M°CCC°xxij°, etc.

Oct. 8.—The Bishop, having received a mandate from the Pope to provide for John le Maunser, a poor clerk, a benefice in the patronage of the Abbot and Convent of Gloucester, commissions Reginald le Poer, Rector of Almeley, to enquire into his life and character.

Commissio pro Johanne le Mazun, paupere clerico, qui impetravit contra Abbatem Gloucestrie.—Adam, etc., executor ad providendum per nos vel alios seu alium Johanni dicto le Maunser, de Lunhales, pauperi clerico nostre diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura consueto ab olim clericis secularibus assignari, si quod in civitate vel diocesi nostra Herefordensi vacat ad presens, vel quamprimum ad id obtulerit se facultas, spectans conjunctim vel divisim ad collacionem, presentacionem vel quamcunque aliam disposicionem religiosorum virorum, Abbatis et Conventus Monasterii sancti Petri Gloucestriensis, secundum ipsius pauperis clerici merita competenti a Sede Apostolica deputatus, dilecto in Christo filio, magistro R. le Poer, Rectori ecclesie de Almalye, nostre diocesis, salutem in omnium Salvatore. Auctoritate apostolica nobis in hac parte commissa, quam vobis mittimus inspiciendam, nobisque fideliter per latorem presencium remittendam, vobis firmiter injungendo mandamus quatenus super natalibus, vita, moribus, et conversacione predicti

A.D. 1322. Johannis a viris fidedignis et juratis ipsius noticiam tam transacto tempore quam moderno plenius obtinentibus in forma debita inquiratis diligenter veritatem, facta prius denunciacione predictis Abbati et Conventui quod predicte inquisicioni intersint, si sibi viderint expedire. Et quid invenerits in premissis, etc.. Datum apud Sugwas, octavo die mensis Octobris, anno Domini M°CCC°xxij°, etc.

Oct. 10.—The Bishop commissions Richard de Vernon and Richard de Hamenasch to visit the Priory of Limebrook.

Fol. 68. Commissio ad visitandum prioratum de Lyngebroke.—Adam, etc., discretis viris, filiis in Christo dilectis, magistris Ricardo de Vernoun, etc., et Ricardo de Hamenasche, canonico nostre Herefordensis ecclesie, salutem, etc. Ad visitandum prioratum de Lyngebroke in capite et in membris, et corrigendum, puniendum, ac reformandum excessus, si quos ibidem inveneritis, vobis vices nostras committimus, etc. Datum apud Sugwas, x^a^ die mensis Octobris, anno Domini M°CCC°xxij°, etc.

Oct. 11.—The Bishop, having received a mandate from the Pope to provide for Thomas de Askeby, clerk, a benefice in the patronage of the Bishop of Worcester, commissions the Archdeacon of Worcester, Richard de Elsfield, and Robert de Patrita to act for him in the matter.

Commissio pro Thoma de Askeby provisore.—Adam, etc., executor cujusdam gracie per sanctissimum in Christo patrem, dominum nostrum, dominum Johannem, divina providencia Papam XXII., facte Thome de Askeby, clerico, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura spectante ad collacionem, provisionem, seu aliam quamcunque disposicionem reverendi patris, domini Episcopi, et venerabilis Capituli Wygorniensis conjunctim vel divisim, prout in litteris apostolicis plenius continetur, quarum litterarum data est xvij° Kal. Februarii, pontificatus dicti domini Pape anno primo, unacum Archidiacono Foro-juliensi, et Vitali de Ape, canonico Agenensi, cum illa clausula *quatinus vos vel duo, etc.*, deputatus, venerabilibus et discretis viris, dominis Archidiacono Wygorniensi, de Elsefelde, Londoniensis, ac magistro Roberto de Patrita, Lichfeldensis ecclesiarum canonicis, salutem et mandatis apostolicis firmiter obedire. Quia execucioni dicte gracie intendere non vale-

A.D. 1322. mus, vobis et vestrum cuilibet insolidum juxta vim, formam, et effectum litterarum apostolicarum nobis et collegis nostris prelibatis super hoc directarum committimus vices nostras. In cujus, etc. Datum in manerio nostro de Sugwas, v° Idus Octobris, anno Domini M°CCC°xxii°.

The Bishop of Hereford asks the Bishop of Lincoln to signify his approval of a proposed exchange of benefices between William de Mokholom, Vicar of Bourton-by-Bampton, and Thomas Brown, Rector of Hope Mansel.

Littera directa Episcopo Lincolniensi pro permutacione beneficiorum.—Venerabili in Christo patri, amico nostro, si placet, in Christo karissimo, domino Henrico, Dei gracia Lincolniensi Episcopo, Adam, etc. Accedens nuper ad nos magister Johannes Walwayn nobis exposuit quod Willelmus Mokholm, vicarius de Bourtone juxta Bamptone, vestre diocesis, et Thomas Brun, Rector ecclesie de Hopemaloisel, nostre diocesis, proposuerant bona fide sua beneficia adinvicem permutare, et ostensis nobis parcium resignacionibus cum presentacionibus patronorum, ad prefati magistri Johannis instanciam, hujusmodi permutacionem, quantum in nobis est, duximus approbandam, juxta ea que nobis tunc suggesta fuerant, firmiter estimantes quod id idem faceret vestra paternitas congrue requisita. Vobis igitur humiliter supplicamus quatenus quod vestrum est in hac parte supplere velitis cum gracia et favore.

The Rector and burgesses of Ludlow ask advice from the Bishop as to the burial of Richard Moyle, an Augustinian Canon, who had broken his vows, and absented himself for two years from the Priory of Ludlow. Then, seeking absolution, he had returned to Ludlow to die, and with his last breath had sought burial in the cemetery of the Priory, which the brothers of the Order refused to him.

Littera burgensium de Lodelowe.—Venerabili in Christo Patri, domino Ade, etc., sui si placet humiles et devoti filii, burgenses ville de Lodelowe, salutem, etc. Vestre paternitati innotescat quod frater Ricardus Moyl, filius cujusdam vicini nostri, de ordine sancti Augustini, stetit in ordine suo continue per iiij annos post professionem rite factam, deinde ab ordine suo latenter discessit pro quodam delicto, et absentavit se per biennium et amplius ordine suo. Postea rediit ad conscienciam, et generale

A.D. 1322. Capitulum adivit, ubi absolutus fuit, ut dixit in extremis, regressus penitens ad domum suam rediit, et petiit sui ordinis ingressum, quem fratres dicti ordinis sibi denegarunt. In hac peticione infirmatus est, et supplicavit ultima voluntate faciens legatum quod corpus suum sepeliretur in cimiterio dictorum fratrum. Mortuus est, et sepultura petita est ei denegata, et sic corpus suum jacet inhumatum. Rogamus igitur paternitatem vestram affectu filiali quatenus mandatum vestrum et consilium litteratorie si placet nobis vestris mittere velitis.

Rector eciam scripsit domino petendo consultacionem in hac parte.

The Bishop, in answer to the above letter, writes that Richard Moyle, having died penitent, may be absolved, though dead. If the Prior of Ludlow still refuses absolution and burial, the Rector is commissioned to absolve and bury the man.

Fol. 68b. Littera directa Rectori et burgensibus de Lodelawe.— Adam, etc., dilectis in Christo filiis, Rectori ecclesie et burgensibus ville de Lodelowe, salutem, etc. Si frater Ricardus Moil, de quo nos consuluistis per vestras litteras die confeccionis presencium in crepuscolo apud Sugwas receptas, habitu religionis temere dimisso, in apostasia aliquamdiu extitit fugitivus, non est dubium quin sentenciam excommunicacionis incurrerit ipso facto. Licet autem omnes majoris excommunicacionis sentencia innodati, qui non suscepto beneficio absolucionis decedunt, carere debeant secundum sacros canones ecclesiastica sepultura, quia tamen, ut vestra commemoravit epistola, de dicti fratris viventis penitencia per evidencia signa constabat, potest et debet ei, si ita res se habeat, ecclesie beneficia subveniri, ut defuncto eciam absolucionis beneficium impendatur, et postmodum tradatur ecclesiastice sepulture. Ad dictam autem absolucionem prefato mortuo impendendam, que cum specialiter Sedi non fuerit Apostolice reservata in casu proposito ceteris est indulta, tibi Rectori tenore presencium committimus vices nostras. Absolucionis autem forma servetur, ut fiat cum penitentiali Psalmo, *Miserere*, etc., et tam oracione Dominica quam alia consueta que incipit *Deus cui proprium est misereri semper et parcere*, etc. Consulimus tamen quod premissa religioso viro, Priori Conventus de Lodelawe, ordinis sancti Augustini, ante omnia exponantur ut per ipsum dicto defuncto juxta ipsius voluntatem, de qua scribitis, absolucionis et sepulture beneficium con-

A.D. 1322. cedatur. Alioquin in ejus defectu, tu, Rector, si de dicti fratris viventis penitencia tibi legitime constiterit, servata forma premissa, prefatum defunctum licite poteris misericorditer sepelire.

The Bishop sends to the Prior of Ludlow a copy of his reply to the burgesses, and warns him that, if the facts are true, he should not, to the scandal of others, refuse to the dead what pity and humanity require.

Littera directa Priori fratrum sancti Augustini de Lodelowe.—Salutem, etc. Mittimus vobis copiam littere nostre responsalis quam, ad consultacionem Rectoris ecclesie et burgensium ville de Lodelowe, eisdem duximus destinandam, ut quid in hoc facto consulcius sit agendum deliberare plenius valeatis. Et si vera sunt que nobis litteratorie sunt suggesta, expedire non credimus quod per vos in scandalum aliorum opus misericordie et humanitatis officium fratri mortuo subtrahantur.

Oct. 18.—The Bishop commissions John Rees, Rector of Dorstone, to enquire whether the provision made by the Prioress of Aconbury for John de Worcester, Vicar of Bridge Sollers is sufficient.

Commissio pro vicaria de Brugge.—Adam, etc., dilecto filio magistro J. Rees, Rectori ecclesie de Dorstone, salutem, etc. Presentarunt nobis dilecte filie, Prioressa et Conventus de Acornebury, Johannem de Wygornia, presbiterum, ad vicarium ecclesie de Brugge, sibi et monasterio suo noviter appropriate; ad cujus sustentacionem, et omnium onerum ordinariorum supportacionem, et terciam partem extraordinariorum, totum altaragium[1] dicte ecclesie et partem decime garbarum terciam assignarunt. Nos igitur certiorari volentes si ad ejusdem vicarii sustentacionem et dictorum onerum supportacionem sufficiant porciones predicte, et de vero valore annis communibus porcionum hujusmodi, necnon et omnium aliorum proventuum ecclesie memorate, et omnium onerum tam ordinariorum quam extraordinariorum eidem incumbencium plenius informari, vobis tenore presencium committimus et mandamus quatinus super hiis per viros fidedignos juratos inquirendorum noticiam verisimiliter optinentes inquiratis diligencius veritatem. Et quid feceritis, etc., nobis particulariter curetis rescribere et

1—Offerings at the altar.

A.D. 1322. distincte. Datum apud Bosebury, xviij[a] die Octobris, anno Domini M[o]CCC[o]xxij[o], etc.

[Folio 69 is missing].

A.D. 1323. *July 14.—End of an entry (the earlier portion being lost) in which the Bishop, as it would seem, had declared a prebendal portion or portions in some Church of the Diocese to be immune from the cure of souls. On the same day and in the same form,* mutatis nominibus, *the prebendal portions held by Gilbert de Middleton and Thomas de Orleton in the Church of Ledbury were also declared to be immune from the cure of souls.*

Fol. 70. Datum et actum in capella manerii nostri de Whitbourne, die xiij[a] mensis Julii, anno Domini M[o]CCC[o] vicesimo tertio, Indiccione vj, pontificatus sanctissimi Patris domini Johannis Pape XXII anno septimo, presentibus dominis Thoma Gynes, Rectore ecclesie de Wolfrelow, Herefordensis diocesis, et Radulpho de Malverne, presbitero, Wygorniensis diocesis, ac Gilberto Talbot, laico, testibus ad hec vocatis.

Et ego, Reginaldus de Monselowe, clericus Herefordensis diocesis, auctoritate apostolica notarius publicus, premissis unacum dictis testibus presens fui, eaque de mandato dicti Patris scripsi et publicavi, signumque meum unacum sigillo ejusdem Patris apposui consuetum in testimonium premissorum, etc.

Et memorandum quod eisdem anno, die, mense, loco, indiccione, et pontificatu, quibus supra, presentibus me, notario, et testibus suprascriptis, dictus venerabilis Pater pronunciavit et sentencialiter declaravit sub forma, animo, et continencia verborum superius in predicta sentencia expressorum, mutatis nominibus ecclesiarum et personarum, prebendas quas magistri Gilbertus de Middletone et Thomas de Orletone tenent in ecclesia de Ledbury esse immunes a cura animarum, domino Willelmo Denot tunc perpetuo vicario ecclesie prefate de Ledbury existente.

July 15.—In accordance with a letter from the Pope's Penitentiary the Bishop enquires into the case of John de Kelmscott, Vicar of Ditton Priors, who has killed a man in self-defence, and pronounces that he may minister in his orders as before.

Littera domini Berengarii, Episcopi Tusculani, pro Johanne de Kylmuscote, presbitero, domino directa.—Universis Christi, etc., Adam, etc. Noveritis nos litteras reverendi Patris, domini

A.D. 1323. Berengarii, Episcopi Tusculani, recepisse in hec verba:—Venerabili in Christo patri, etc., ut supra.[1] Quarum auctoritate litterarum de predicto facto et ipsius circumstanciis inquisicionem fieri fecimus diligentem. Et quia premissa per dictum Johannem Sedi Apostolice suggesta invenimus vera esse, nec aliud canonicum de quo scimus eidem Johanni obstare, eundem Johannem non impedimus nec impediri, quatenus in nobis est, permittimus, seu impedire intendimus in futurum quominus premissis non obstantibus possit ut prius in suis ordinibus ministrare. Datum apud Whitebourne, die xv° Julii, anno Domini supradicto.

July 20.—The Abbot and Convent of Tintern have complained to the Bishop that many debtors of the Convent, in the Forest Deanery, have, since the death of John de Walewere, guardian of the fisheries of the Convent, repudiated their debts. The Bishop, therefore instructs the Dean of the Forest to warn the debtors, on Sundays and Festivals, in the Churches, that on pain of excommunication they should duly pay what is owing.

Littera ut bona defuncti restituantur post mortem.—Adam, etc. Decano de Foresta de Dene, salutem, etc. Ex parte religiosorum virorum, Abbatis et Conventus de Tynterna, nobis est gravi conquestione monstratum quod frater Johannes de Walewere, defunctus, dudum custos et administrator piscarie ejusdem loci per ipsos religiosos deputatus, tempore mortis sue plures debitores [habuit] tam in bladis et animalibus quam in pecunia numerata, eidem et dicto monasterio obligatos, quorum nonnulli, in tuo decanatu ut dicitur commorantes, debita hujusmodi post mortem dicti fratris inficiari minime erubescunt, que in vita ejusdem dilucide fatebantur. Quocirca tibi committimus et mandamus quatinus diebus Dominicis et festivis in ecclesiis tui decanatus, quibus per partem dictorum religiosorum fueris congrue requisitus, moneas et inducas, seu moneri facias consimiliter et induci, sub pena excommunicacionis majoris omnes et singulos qui quicquam de bonis predictorum religiosorum in custodia dicti fratris Johannis dum vixit existentibus ante mortem suam vel post indebite subtraxerunt, seu eidem tenebantur in aliquo obligati, quod eadem bona et debita recognoscant, et prefatis religiosis de eisdem, ut tenentur, satisfaciant indilate: inquirens diligenter de nominibus eorundem debitorum et occupancium, ut premittitur, ipsa bona, et

1—See p. 131.

A.D. 1323. certificans nos de eisdem cum fueris requisitus. Datum apud Whytebourne, xiij° Kal. Augusti, anno Domini M°CCC°xxij°.

July 23.—The Archbishop of Dublin has written to the Bishop that John de Newent, Vicar of Bromfield, has been hitherto detained by a lawful impediment, but is now hastening to enter into residence. The Bishop, therefore, instructs the Dean of Ludlow to arrange for the income of the benefice to be paid to the Vicar's Proctor, and to cite Philip, the late Vicar's executor, who is alleged to be appropriating the income, to appear before the Bishop.

Adam, etc., Decano de Lodelowe, salutem, etc. Quia intelleximus per litteras venerabilis patris, domini Archiepiscopi Dublinensis, quod Johannes de Newent, presbiter, vicarius ecclesie de Bromfelde, hactenus legitimo impedimento detentus, accedere non potuit ad dictam ecclesiam, nec in ea, ut debuit, residere, set jam hujusmodi impedimento cessante venturus est cum omni qua poterit celeritate ad residenciam in vicaria sua personaliter faciendam, propter quod ipsum vicarium occasione premissa, justicia exigente, ulterius duximus expectandum, tibi mandamus quatinus procuratori suo vel substituto ab eo de omnibus fructibus et obvencionibus vicarie ejusdem facias integraliter responderi, ad hoc parochianos suos inducendo et, si necesse fuerit, per omnem censuram ecclesiasticam compellendo. Et quia ad nostrum pervenit auditum quod quidam Philippus, presbiter, executor ultimi vicarii defuncti, nititur sibi appropriare obvenciones hujusmodi parochiales ne alii quam sibi de ipsis obvencionibus respondeant inhibendo, tibi mandamus in virtute obediencie firmiter injungendo quatinus dictum Philippum, presbiterum, cites seu citari facias quod quinto die juridico post festum sancti Jacobi Apostoli compareat coram nobis, ubicunque, etc., super premissis et aliis sibi in forma juris obiciendis responsurus, etc. Et quid feceris in premissis, etc. Datum apud Whytebourne, xxiij° die Julii, anno Domini millesimo CCC°xxiiij°.

Hec littera supradicta directa fuit Decano de Lodelow pro vicario de Bromfelde.

A.D. 1323. *July 11.—Mandate of the Court of Canterbury summoning the Bishop and the Official to answer the appeal of William de Irby, Prior of St. Guthlac's, from the sentence of excommunication pronounced against him for administering the sacraments of the Church to one who was not his parishioner.*

Mandatum Curie Cantuariensis receptum xxiij° die mensis Julii, anno Domini M°CCC°xxij° apud Whytebourne.—Venerabili in Christo patri, domino Ade, etc., Officialis Curie Cantuariensis, salutem, etc. Ex parte religiosi viri, fratris Willelmi de Irby, Prioris ecclesie conventualis sancti Gutlaci Herefordensis, nobis extitit intimatum quod licet Prior ecclesie predicte, qui pro tempore fuerit, consueverit ab antiquo quibuscunque parochianis dicte ecclesie quecunque sacramenta ecclesiastica per se et suos ministros per ipsum deputandos ministrare, ac quedam mulier, Juliana Alnard nomine, a diu est, fuisset et sit parochiana ecclesie memorate, sacramenta ecclesiastica ut parochiana ejusdem percipiens in eadem, quidam tamen magister Thomas de Boleye, commissarium Capituli Herefordensis se pretendens, confingens predictam mulierem fuisse et esse parochianam ecclesie de Chirchewythyntone, quamquam non esset, ac predictum priorem eidem mulieri ut parochiane aliene sacramentum ecclesiasticum ministrasse, et ea occasione ipsum majoris excommunicacionis sententiam, latam a constitucione novella contra religiosos alienis parochianis sacramenta ecclesiastica ministrantes edita, incurrisse, ipsum Priorem super hoc ad effectum pronunciandi ipsum in hujusmodi excommunicacionis majoris sententiam incidisse, et ipsum talem publice denunciandi, ipsumque ammovendi a prioratu suo predicto fecit coram eo ad judicium evocari. Et licet pars dicti Prioris coram dicto Commissario pretenso congruis loco et tempore sufficienter comparens copiam certificatoriam citacionis hujusmodi ac commissionis ipsius, si qua fuit, et actorum judicialium coram ipso in ea parte habitorum, quam nunquam habuit et de jure habere debuit, sibi dari aut fieri effectualiter cum instancia debita petivisset, idem tamen Commissarius pretensus ipsam partem sic petentem super hiis vel eorum aliquo exaudire seu justiciam facere non curavit, quin potius recusavit, ac ulterius in ipso negotio procedens, libello seu articulo non oblato, ad testium recepcionem in ea parte contra dictum fratrem W. procedendum fore decrevit, et processit minus juste. Unde ex parte ejusdem fratris W., sencientis se ex hiis et eorum quolibet per eundem magistrum Thomam indebite pregravari, ad audienciam vestram extitit, ut asseritur, legitime appellatum. Cumque pars dicti

A.D. 1323. Fol. 71. fratris W. ad Officialem vestrum congruis loco et tempore accedens et per ipsum ad hujusmodi appellacionem suam in forma juris conceptam rescribi cum instancia debita petivisset, idem officialis ipsam partem sic petentem exaudire, debitamque justiciam sibi facere in hac parte non curavit, quin potius recusavit injuste; propter quod ex parte ejusdem fratis W., sencientis se ex hoc per dictum Officialem vestrum indebite pregravari, ad Curiam Cantuariensem extitit, ut asseritur, legitime appellatum, set vos, hujusmodi appellacione, de qua vobis sufficienter innotuit, non obstante, ac post et contra eam prefatum Priorem ad terminum nimis brevem et peremptorium, vix spacium duorum dierum continentem, super hujusmodi ministracione eukaristie predicte mulieri, ut pretendebatis, facta ex officio responsurum coram vobis in domo capitulari Herefordensi a jurisdiccione vestra episcopali notorie exempta fecistis ad judicium evocari, et in eodem negotio perperam procedentes ipsum fratrem W., libello seu articulo non oblato, lite non contestata, juris ordine qui in hac parte requirebatur in omnibus pretermisso, in sentenciam excommunicacionis majoris supradictam incidisse sentencialiter et diffinitive pronunciastis, et ipsum sic excommunicatum publice denunciari demandastis pariter et fecistis minus juste, in ipsius fratris W. prejudicium, dampnum non modicum, et gravamen. Unde ex parte ejusdem fratris W., sencientis se ex hiis et eorum quolibet per vos indebite pregravari ad dictam Curiam Cantuariensem extitit, ut asseritur legitime appellatum. Quare vobis cum ea qua decet reverencia inhibemus, et per vos dicto Officiali vestro, ac ceteris omnibus et singulis quibus jus exigit inhiberi volumus et mandamus ne, pendentibus in dicta Curia hujusmodi appellacionum causis, quicquam hac occasione in dicte partis appellantis prejudicium attemptetis, attemptet, vel attemptent, faciatis, faciat, aut faciant aliqualiter attemptari, quominus eidem parti appellanti libera pateat suas appellaciones hujusmodi prosequendi facultas. Tenore eciam presencium peremptorie vos citamus, et per vos dictum Officialem vestrum citari volumus et mandamus, quod compareatis et compareat coram nobis aut nostro Commissario in ecclesia beate Marie de Aldemarichirche Londoniis proximo die juridico post festum sancte Fidis Virginis in dictis appellacionum causis processuri, ulteriusque facturi et recepturi quod justicia suadebit. De die vero recepcionis presencium et quid in premissis, etc. Datum Londoniis, v° Idus Julii, anno Domini M°CCC° vicesimo tertio.

A.D. 1323. *June 20.—Mandate of the Court of Canterbury, instructing the Bishop to pronounce sentence of excommunication against Alan Plokenet, who contumaciously refused to pay certain moneys assigned by the Court to Lady Sibilla Plokenet.*

Mandatum secundum pro domino Alano de Plokenet.— Venerabili in Christo patri, domino Ade, etc., Robertus de Radeswell, Curie Cantuariensis examinator generalis, venerabilis viri, domini Officialis Curie Cantuariensis in ipsius, et domini Decani ecclesie beate Marie de Arcubus, Londoniis, Commissarii sui generalis absencia Commissarius, salutem, etc. Cum nuper in causa que occasione cujusdam contractus matrimonialis coram venerabili patre, domino Rogero, Dei gracia Sarisburiensi Episcopo, auctoritate ordinarii cognoscente, dudum vertebatur inter dominam Sibillam Plokenet, partem actricem, ex parte una, et dominum Alanum Plokenet, militem, partem ream, ex altera, postmodum per viam querele ad Curiam antedictam legitime devoluta, dictus dominus Alanus pro eo quod domine Sibille uxori sue supradicte, de ducentis marcis, in quibus nomine expensarum ejusdem domine circa prosecucionem cause memorate eidem annuatim, videlicet a v Kal. Maii, anno Domini M°CCC°xxj°, singulis septimanis quadraginta solidis, et in fine cujuslibet anni residuo summe supradicte, plenarie solvendis sive ministrandis per dominum Episcopum Sarisburiensem supradictum, necnon eciam de xl solidis nomine expensarum per partem ejusdem domine occasione cujusdam frustratorie appellacionis contra eandem per partem militis supradicti ad Curiam antedictam dudum in hac parte, ut suggerebatur, interposite in eadem Curia factarum, per nos rite fuerat condempnatus juxta moniciones canonicas auctoritate dicte Curie sibi in hac parte
Fol. 71b. legitime factas, prout debuit nullatenus satisfecisset, fuisset et sit majoris excommunicacionis sentencia per vos vice et auctoritate Curie supradicte legitime innodatus, et pro sic excommunicato publice nunciatus, prout per litteras vestras certificatorias mandati Curie supradicte vobis in hac parte directi plenius est expressum, idem dominus Alanus eandem sentenciam per non modicum tempus pertinaciter sustinuit animo nequiter indurato claves ecclesie contempnendo. Cum igitur, crescente contumacia et rebellione ejusdem domini Alani, crescere merito debebit et pena juxta canonicas sancciones, vobis cum ea qua decet reverencia, auctoritate Curie supradicte firmiter injungendo mandamus quatinus ipsum dominum Alanum sic, ut premittitur, excommunicatum fuisse et

A.D. 1323. esse, pulsatis campanis, candelis accensis et extinctis, cruce in manibus erecta, intra missarum solempnia, nuncietis et facietis publice nunciari, diebus et locis quibus videritis expedire, et per partem domine Sibille supradicte fueritis super hoc congrue requisiti, inhibentes nihilominus seu inhiberi facientes palam et publice ne quis cum eodem domino Alano quovis genere communionis preterquam in casibus a jure permissis communicare presumat; de quorum nominibus diligencius inquirentes, quos culpabiles inveneritis in hac parte, citetis seu citari faciatis peremptorie quod compareant coram dicto domino Officiali, nobis, aut alio dicte Curie presidenti in ecclesia beate Marie de Alderemarichirche, Londoniis, iiij die juridico post festum translacionis sancti Thome Martiris, penam pro demeritis et quod justum fuerit recepturi, etc. Quid autem feceritis, etc. Datum Londoniis, xii° Kal. Julii, anno Domini millesimo CCC°xxiij°.

Aug. 8.—The Archbishop of Canterbury commissions the Bishop of Hereford to hold an enquiry into the election of Alexander de Monmouth as Bishop of Llandaff.[1]

Commissio ad examinandum eleccionem Landavensem.—Walterus, permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus, etc., venerabili fratri nostro, Dei gracia Herefordensi Episcopo, salutem, etc. Ad examinandum eleccionem de venerabili viro, magistro Alexandro de Monemutha, Archidiacono Landavensi, in Landavensem Episcopum celebratam, necnon ad cognoscendum et procedendum in ipsius eleccionis negocio secundum canonicas sancciones, et omnia facienda et recipienda que ad instruccionem negocii hujusmodi requiruntur de jure, vobis vices nostras committimus, etc., confirmacionem vero seu informacionem ejusdem eleccionis nobis ipsis specialiter reservantes. Vobis nichilominus mandamus quatinus totum processum coram vobis habitum in hac parte ad proximum diem post instans festum Exaltacionis sancte Crucis sub sigillo vestro nobis transmittatis inclusum. In cujus rei, etc. Datum apud Otteford, vj° Id. Augusti M°CCC°xxiij°.

1—The Royal license to elect had been issued on May 31, and the Royal assent had been given to the election on June 15. But the Pope, on June 20, provided John de Eglescliff to the vacant See. This enquiry would seem to be an attempt on the part of the King to secure the Bishopric after all for the Elect of the Chapter. In the end the temporalities were restored to John de Eglescliff on Aug. 13 of the following year.

A.D. 1323. *Aug. 24.—The Bishop of Hereford, in fulfilment of the above mandate, summons the Chapter of Llandaff to appear before him at Cheltenham, on Friday, September 13.*[1]

Execucio dicte Commissionis.—Adam, etc., venerabilibus et discretis viris, Capitulo ecclesie Landavensis, salutem in omnium Salvatore. Mandatum reverendi in Christo patris ac domini, domini Walteri, Dei gracia Cantuariensis Archiepiscopi, etc., recepimus tenorem continens infrascriptum:—Walterus, etc., ut supra in proximo. Cujus auctoritate mandati vos tenore presencium premunimus quod compareatis legitime coram nobis die Veneris proxima post instans festum Natalis beate Virginis in ecclesia de Chyltenham, Wygorniensis diocesis, cum omnibus et singulis actis, juribus, et munimentis, negocium eleccionis predicte qualitercunque contingentibus, facturi et recepturi in eodem negocio juxta dicti mandati exigenciam et tenorem quod canonicis in hac parte congruit institutis, premissa autem dicto electo vestro curetis eciam intimare. Datum apud Prestebury, xxiiij° die Augusti, anno Domini M°CCC°xxiij°

John de Hampton, Sheriff of Gloucestershire, instructs John de Bromshall, Bailiff of Kiftgate[2] *not to demand tolls in Winchcombe from the Bishop of Hereford or his tenants, from which by Royal license and ancient usage they are free.*

Fol. 72. Littera Johannis de Hamptone, Vicecomitis Gloucestriensis, directa Johanni de Bromeshulle, ballivo de Kiftesgate.—Saluz. Pur comme que l'evesque de Hereford e soes tenauntz deyvent de resun estre quites de tolune en la ville de Wynchecumbe, coment que vous ou soubaylifs eyen ore de novel de eux demaundes e pris countre reson e countre la fraunchise a ly e a les soens grantie par nostre seygnur le Roy e auxi de temps dount il niad memorie en el usees, vous mand que des hore en avaunt tolune aux ne demandez ne prenez en la dite ville, ne suffrez par les voz estre priz. E si rien de luy ou de nul des soens par vous ou par nul dez voz pur tolune en la dite ville soyt pris ou arestu hastivement le facez deliverer au portour de cestre lettre, comme ne lessez en nulle manere. Eyez ceste chose a quer que il e les soens seyens esees, quar la chose moy touche.

1—The enquiry, for some reason, was held at Bromyard, where the Elect, with the Proctor of the Chapter, appeared before the Bishop on Wednesday, September 4.

2—The Hundred in which Winchcombe is situated.

A.D. 1323. *Sept. 1.—The Bishop of Hereford certifies the Archbishop that he has duly held the enquiry into the election by the Chapter of Alexander de Monmouth as Bishop of Llandaff. He sends to the Archbishop under seal all the documents in the case.*

Certificatorium missum domino Archiepiscopo super examinacione eleccionis Landavensis.—Reverendo in Christo patri et domino suo karissimo, domino Waltero, Dei gracia Cantuariensi Archiepiscopo, totius Anglie Primati, Adam, ejusdem permissione Herefordensis Episcopus, quicquid potest obediencie, reverencie et honoris. Mandatum vestrum nuper recepimus tenorem continens infrascriptum :—Walterus, etc., prout superius in proximo folio continetur. Hujus igitur auctoritate mandati prefatis Capitulo et Electo mandavimus quod coram nobis comparerent die Mercurii proximo ante festum Natalis beate Marie Virginis in ecclesia de Bromyard, nostre diocesis, cum omnibus actis, juribus, et munimentis que ad instruccionem dicti negocii requiruntur, facturi et recepturi in eodem negocio juxta dicti mandati vestri exigenciam et tenorem quod canonicis congruit institutis. Quibus die et loco comparuerunt coram nobis prefatus electus personaliter et Capitulum Landavense per dominum Vincentium de Bergeveny, Rectorem ecclesie de Bissoppestone in Gower, mandatum sufficiens exhibentem, unacum venerabilibis viris, magistro Ricardo de Stoke, et Petro de Bruera, canonicis ecclesie Landavensis, ad instruccionem dicti negocii per idem Capitulum instructoribus deputatis, ad hoc specialiter se offerentibus tunc ibidem. Et exhibuit prefatus dominus Vincencius, nomine Capituli, eleccionis decretum sigillo dicti Capituli consignatum, ac quoddam instrumentum publicum per manum Nicholai de Kaerwent, clerici Landavensis diocesis, publici apostolica auctoritate notarii confectum, continens memorate eleccionis processum, ac litteras regias super assensu regio dicte eleccioni prestito, necnon et quatuor procuratoria canonicorum dicte ecclesie absencium, cum ratificacione quinti canonici absentis et in eleccione nullo modo comparentis, et duabus aliis litteris super mandato dicto domino Vincentio et prefatis instructoribus per Capitulum dictum facto, et aliis duabus litteris ad instruccionem hujusmodi negocii pertinentibus sigillo dicti Capituli consignatis. Quibus exhibitis, super contentis in prefato eleccionis decreto predictos instructores prius coram nobis juratos examinavimus curiose, et eorum attestaciones in scriptis redactas unacum instrumentis et litteris supradictis per nos diligenter inspectis et examinatis,

A.D. 1323. ex quibus liquere poterit dictum eleccionis negocium esse sufficienter instructum, in quadam pixide nostro sigillo signata vobis mittimus interclusas. Et quia merita persone electe, in qua Deus varia dona sue gracie cumulavit, nobis nota, qui teneris ab annis ipsius conversacionem moribus et sciencia novimus plurimum approbatam, fama celebris lacessens divulgavit, ejus examinacionem tanquam supervacuam relinquentes, hunc nostrum processum juxta vestri mandati exigenciam vestre reverende paternitati sub sigillo nostro destinamus inclusum. Datum apud Whytebourne, vj° Id. Septembris, anno Domini supradicto.

The Bishop, at the instance of Thomas de Choddeworthe, instructs the Dean of Burford to pronounce sentence of excommunication against the parishioners in the Deanery who illegally withhold their tithes.

Fol 72b. Littere concesse ad instanciam domini Thome de Choddeworthe.—Adam, etc., dilecto filio, Decano de Bureford, salutem, etc. Licet decime prediales, quas sibi Dominus tanquam tributa egencium animarum in signum dominii universalis retinuit, sint ex divino precepto ecclesiis et ecclesiasticis personis absque omni onere integraliter persolvende, nonnulli tamen parochiani in decanatu de Bureford degentes, divini prevaricatores precepti et proprie salutis immemores, quasdam porciones decimarum hujusmodi dampnabiliter detinent, et improbande sue consuetudinis vicio sacrilego innitentes eas solvere pertinaciter contradicunt, nisi a personis ecclesiasticis quibus eedem debentur decime cirothecis vel prandiis illicite redimantur. Cum igitur per hujusmodi temeritatis abusum libertas ecclesiastica violetur, ecclesie jure suo nequiter defraudentur, et personis ecclesiasticis dampna gravia inferantur, ut de cetero penitus deleatur, tibi committimus et mandamus in virtute obedientie firmiter injungentes quatinus omnes et singulos in premissis culpabiles, quos constat majoris excommunicacionis sentenciam ipso facto dampnabiliter incurrisse, excommunicatos esse in ecclesiis decanatus predicti diebus Dominicis et festivis intra missarum solempnia publice et solempniter, pulsatis campanis, candelis accensis et extinctis, in genere nuncies et per alios facias nunciari, a denunciacione hujusmodi non cessando, donec malefactores predicti lesis ecclesiis competenter satisfecerint et absolucionis beneficium in forma juris meruerint optinere, inquirens de nominibus ipsorum, et cum de eis tibi constiterit,

A.D. 1323. nobis vel Officiali nostro constare facias de eisdem. Datum apud Kensyntone, etc.

Nov. 25.—Letters dimissory granted to William de Stretton, Rector of Upton, that he may receive Priest's Orders from any Catholic Bishop.

Dimissoria pro Rectore de Upton.—Memorandum quod xxv° die mensis Novembris, anno Domini M°CCC°xxiij° apud Schenigfeld, concesse fuerunt littere dimissorie Willelmo de Strettone, diacono, Rectori ecclesie de Uptone, pro ordine presbiteratus a quocunque Episcopo catholico recipiendo.

Nov. 24.—In the matter of a suit in the Court of Canterbury as to the Church of Wisteston between Richard de Ludlow and William de Wyne, the Bishop, since Richard de Ludlow has renounced his claim, urges William de Wyne to appear at Shinfield on Dec. 1, to meet the representatives of the Earl of Arundel, that the matter may be discussed and decided.

Littera directa W. de Wyne.—Salutem, etc. Significarunt nobis dominus Comes et domina Comitissa Arundellie quod ad instanciam eorum Ricardus de Lodelowe paratus est liti per ipsum contra vos super ecclesia de Wistanestow mote in Curia Cantuariensi cedere, et juri si quod sibi in ea competit renunciare, petentes ut habita dimissione Curie supradicte, que premissorum optentu faciliter poterit impetrari, ordinaremus de dicta ecclesia et statu vestro juxta submissionem vestram coram nobis alias factam, ad
Fol. 73. quam vos corporali sacramento prestito astrinxistis. Et quia non intendimus vobis inconsultis in absencia vestra aliquid super hoc ordinare, amicabiliter consulimus et attencius rogamus quatinus coram nobis apud Schenygfeld juxta Radynge, die Dominica proxima post instans festum sancte Andree Apostoli, vestram omnimode curetis presenciam exhibere, super premissis plenius tractaturi, quibus die et loco nuncii dicti Comitis vobis occurrent, et ibidem vestre poterit quieti et paci dante Domino provideri: scientes quod si per vestram absenciam hujusmodi negocium diucius protrahatur, prefatum Comitem et suos contra vos provocabitis ad graviores vobis molestias inferendas. Ideo expedit vobis sano uti consilio, et tempus redimere quia dies mali sunt. Et quid super hiis facere decreveritis nobis per latorem presencium rescribatis. Scriptum apud Schenygfeld, xxiiij° die Novembris.

A.D. 1323. *Dec. 2.—The Bishop of Hereford commissions the Bishop of St. David's to act for him in the mattter of an exchange of benefices between John de Kinnersley, Rector of Kinnersley, and Brian de Pedwardine, Prebendary of Langetlau, in the Church of Abergwili.*[1]

Commissio de permutacione ecclesie de Kynardesleye et prebende de Langetlau.—Memorandum quod ij° die Decembris, anno Domini M°CCC°xxiij° apud Schenygfeld, exposuit domino magister Johannes de Kynardesleye, Rector ecclesie de Kynardesleye, quod ipse et Brianus de Pedwardyn, prebendarius prebende de Llangetlau in ecclesia de Aberwilli, Menevensis diocesis, proponunt, de consensu et auctoritate eorum quorum interest, sua eadem beneficia mutuo ex causis legitimis permutare. Unde dominus idem negotium commisit domino Episcopo Menevensi in forma superius contenta, reservata, etc.

Dec. 5.—The Bishop commisions William de Fownhope, Rector of Westbury, to act for him in the matter of an exchange of benefices between Thomas de Dartford, Rector of Richard's Castle, and Hugh de Byford, Rector of Hendon.

Commissio de permutacione ecclesie de Castro Ricardi cum ecclesia de Hendone.—Memorandum quod v° die Decembris, anno Domini M°CCC°xxiij° apud Schenygfeld, recepta prius presentacione domini Ricardi Talbot, militis, ad ecclesiam de Castro Ricardi, ex causa permutacionis faciende inter Thomam de Dorteford, Rectorem ejusdem, et Hugonem de Biford, Rectorem ecclesie de Hendone, Londoniensis diocesis, commisit dominus vices suas magistro Willelmo de Fowehope, Rectori ecclesie de Westbury, commissario suo, ut cum sibi constaret de patronatu domini Ricardi predicti, ac de meritis et ordinibus domini Hugonis predicti per ipsum presentati, ipsum Hugonem ad ecclesiam de Castro Ricardi predictam admitteret, et Rectorem institueret in eadem, recepta prius resignacione domini Thome predicti, ipsumque Hugonem vel procuratorem suum, nomine procuratorio, recepta prius ab eo canonica obediencia, induceret in corporalem possessionem ecclesie de Castro Ricardi predicte vel faceret induci, et alia faceret in hoc que de jure fuerint facienda.

1—For the prebends of Abergwili see *History and Antiquities of St. David's* (W. B. Jones and E. A. Freeman), p. 300. None of the names there given, however, bear any resemblance to Llangetlau.

A.D. 1323. *Dec. 17.—The Bishop appoints Thomas le Webbe, of Bromyard, to be coadjutor to William Toky, Vicar of Avenbury, who is disabled by an incurable desease.*

Littera de coadjutoris dacione facta vicario de Avenebury.—Adam, etc., dilecto filio, Thome dicto le Webbe, de Bromyard, presbitero, salutem, etc. Propter fiduciam quam de tua persona ex fidedignorum testimonio concepimus specialem, te domino Willelmo Toky, vicario ecclesie de Avenebury, nostre diocesis, divino occulto judicio per morbum incurabilem jam inutili ad suum officium exequendum, coadjutorem duximus deputandum, tibi curam animarum et administracionem proventuum dicte vicarie plenarie committentes, quousque aliud super hoc per nos fuerit ordinatum, proviso attencius quod interim eidem Willelmo de dictis proventibus necessaria ministrentur. In cujus rei, etc. Datum apud Schenygfelde, xvij° die Decembris, anno Domini M°CCC°xxiij°.

Dec. 27.—The Bishop commissions the Official to act for him in the matter of an exchange of benefices between James de Tifford, Rector of Madeley, and John Aaron, Rector of Burghwallis.

Fol. 73b. Commissio super permutacione ecclesie de Madeleye.—Adam, etc., dilecto filio, magistro Ricardo de Vernoun, canonico nostre Herefordensis ecclesie, Officiali nostro, salutem, etc. Cum Jacobus de Tifford, Rector ecclesie de Madeleye, nostre diocesis, et Johannes Aaron, Rector ecclesie de Borughe Waleys, Eboracensis diocesis, proponant eadem sua beneficia ex causis legitimis mutuo, ut asseritur, permutare, nos quorundam instancia requisiti discrecioni vestre ad inquirendum de causis permutacionis hujusmodi, examinandum et canonice acceptandum easdem ac ipsam permutacionem, dum tamen nulla pravitas vel fraus in ea intervenerit, quatinus ad nos pertinet, auctoritate ordinarii approbandam, et resignacionem Jacobi predicti, Rectoris ecclesie de Maddeleye prefate, si ipse eam voluerit canonice resignare, acceptandam, ipsumque Johannem ad presentacionem patronatus ecclesie de Maddeleye nobis post resignacionem hujusmodi faciendam Rectorem instituendum in ea, et recepta nomine nostro canonica obediencia ipsius, eum in corporalem possessionem ejusdem inducendum seu induci faciendum, et alia facienda que circa premissa de jure fuerint facienda, vices nostras committimus per presentes. Datum apud Schenygfelde, xxvij° die mensis Decembris, anno Domini M°CCC°xxiij°.

A.D. 1324. *Jan. 2.—The Bishop, in accordance with a letter of Gaucelin, the Pope's Penitentiary, grants absolution to Robert de Wittre, priest, who had obtained Orders from Bishop Swinfield upon a false title. Similar letters of absolution were granted to John de Forton, priest.*

Littere penitenciarii Pape pro Roberto de Wittre, presbitero.—Adam, etc., dilecto in Christo filio, Roberto de Wyttre, presbitero, nostre diocesis, salutem, etc. Litteras venerabilis in Christo Patris, domini Gaucelini, Dei gracia tituli sanctorum Marcellini et Petri presbiteri Cardinalis, domini Pape penitenciarii, recepimus in hec verba:—Venerabili in Christo patri, Dei gracia Episcopo Herefordensi, vel ejus vicario in spiritualibus, Gaucelinus, etc., salutem, etc. Quia nobis Robertus de Wittre, presbiter, vestre diocesis, lator presencium, peticione monstravit quod ipse olim, prout exponet, per fictum et falsum titulum ad subdiaconatus, diaconatus, et presbiteratus ordines per bone memorie Episcopum predecessorem vestrum alias rite tamen se fecit promoveri, et in ipsis ordinibus sic susceptis non tamen in contemptum clavium, set per simplicitatem et juris ignoranciam ministravit, et alias immiscuit se divinis, cognita tandem ipsius culpa per alterius sibi prudenciam revelata, Sedem Apostolicam adiens supplicavit humiliter sibi per Sedem eandem misericorditer provideri, ipsum ad vos duximus remittendum auctoritate domini Pape, cujus penitenciarie curam gerimus, circumspeccioni vestre committentes quatinus, si est ita, injuncta inde sibi absolucione previa ab excessu hujusmodi penitencia salutari, eoque ad tempus prout expedire videritis a suorum ordinum sic susceptorum execucione suspenso, tandem suffragantibus sibi meritis, alioque non obstante canonico, super irregularitate modo premisso contracta,[1] et ipsorum ordinum sic susceptorum execucione dispensetis auctoritate predicta misericorditer cum eodem. Datum Avinione, Non. Novembris, Pontificatus dnoini Johannis Pape XXII anno viii°. Cum igitur per confessionem tuam nobis expositam te excessum hujusmodi invenerimus commisisse, et in sic susceptis ordinibus non tamen in contemptum clavium divinis immiscuisse, injuncta tibi pro excessu hujusmodi penitencia salutari, te auctoritate predicta ab eodem, teque ad tempus ab ordinum tuorum sic susceptorum execucione suspenso, suffragantibus postmodum tibi meritis, alioque in hac parte canonico non obstante, tecum super irregularitate hujusmodi ea occasione contracta, et execucione ordinum tuorum in ea rite auctoritate

1—In MS. *contracto*.

A.D 1324. predicta misericorditer dispensamus. In cujus rei, etc. Datum apud Schenygfelde, ij° die mensis Januarii, anno Domini M°CCC°xxiij°

A.D. 1323. *Dec. 10.—The Bishop of London forwards to the Bishop of Hereford a mandate of the Archbishop of Canterbury, summoning the Bishops and Clergy to a Provincial Council on Jan. 20.*

Mandatum Episcopi Londoniensis receptum xvij° die Decembris.—Venerabili in Christo patri, domino Dei gracia Herefordensi Episcopo, Stephanus, ejusdem permissione Londoniensis Episcopus, salutem et sincere dileccionis continuum incrementum. Mandatum reverendi in Christo patris et domini, domini W., Dei gracia Cantuariensis Archiepiscopi, totius Anglie Primatis, recepimus in hec verba:—Walterus, etc., venerabili fratri nostro, domino Dei gracia Londoniensi Episcopo, salutem, etc. Ad statum ecclesiarum et ecclesiasticarum personarum nostre mentis intuitum dirigentes, id animo firmiter alligamus, id meditacione sedula recensemus, ut ecclesia in suis juribus et libertatibus fulgeat, ipsiusque ministri cujuslibet inquietudinis et turbacionis forensis materia semota suo liberius in agendis pociantur honore. Et licet pro variacione temporum ac adverso negociorum eventu, prelatos et clerum nostre Cantuariensis provincie vocacionibus frequencius repetitis juxta qualitatem agendorum, quod anxie gerimus, fatigare cogeremur multociens et inviti, instans tamen ecclesie ac rei publice Anglicane evidens
Fol. 74. utilitas, sanctissimi patris et domini, domini Johannis, divina providencia sacrosancte Romane ac universalis ecclesie Summi Pontificis exhortacio salubris, ac domini nostri illustris Regis Anglie solicita precum excitacio, ad convocacionem prelatorum et cleri nostre provincie Cantuariensis in proximo faciendam arcius nos impellunt, eo presertim quo ex tractando et agendo in deliberacione communi honoris ecclesie augmentum et grande commodum speramus veraciter provenire. Quocirca fraternitati vestre committimus et mandamus quatinus cum debita celeritate fratribus coepiscopis nostre Cantuariensis ecclesie et provincie suffraganeis vice et auctoritate nostra injungatis seu faciatis injungi, ut eidem Episcopi omnes et singuli in suis diocesibus Decanos, Priores ecclesiarum cathedralium, Abbates exemptos et non exemptos, ac Archidiaconos, necnon Priores exemptos Conventus per se regentes, quod in propriis personis, Priores vero alios non exemptos Prioratus suos per se regentes, quod per se vel per procuratores sufficienter instructos, necnon Capitula singularum ecclesiarum cathedralium,

A.D. 1323. Conventus eciam et Collegia singula monasteriorum, Prioratuum et quarumcunque domorum religiosarum nostre Provincie Cantuariensis per singulos procuratores, clerum quoque cujuslibet diocesis per duos procuratores, citent seu citari faciant peremptorie, quod compareant coram nobis in ecclesia sancti Pauli Londoniensi, die Veneris in Octobris sancti Hilarii mane, ut convenit, cum continuacione et prorogacione dierum tunc sequencium, ad tractandum una nobiscum super proponendo et exponendo ibidem pro salubri statu et honore ecclesie ac regni et rei publice Anglicane, et eciam super contentis in litteris apostolicis nobis transmissis, necnon consentiendo hiis omnibus que ad honorem Dei et ecclesie sue tuicionem ac totius rei publice regnique supradicti utilitatem, divina disponente gracia, ibidem salubriter contigerit ordinari. Vos eciam quantum ad vos, vestram ecclesiam, et diocesim attinet, hujusmodi mandatum nostrum efficaciter exequentes, dictis die et loco tractaturi nobiscum personaliter intersitis, et ut ceteri fratres et coepiscopi nostri personaliter sic intersint, vice et auctoritate nostra districcius injungatis eisdem, denunciantes dictis coepiscopis, et per eos suos subditos ac alios sic vocandos facientes ydonee premuniri. Vosque modo consilii premunimus quod contra absentes in dicto termino contumaces prout justum fuerit procedemus. De die vero recepcionis presencium et quid feceritis in premissis, nos ad dictos diem et locum distincte et aperte certificare curetis per litteras vestras patentes harum seriem et citatorum nomina plenarie continentes. Et ne mandatum nostrum hujusmodi arte vel ingenio aut negligencia deludatur, vobis ut supra injungimus quod coepiscopis suffraganeis nostris omnibus consimiliter injungatis ut singuli ipsorum in suis execucionibus plene nos certificent, quantum ad eos attinet, secundum formam superius annotatam. Datum apud Lamethe, vij° die Decembris, anno Domini millesimo CCC°xxiij°. Cujus auctoritate mandati districte vobis injungimus per presentes quatinus idem mandatum, quatinus ministerium execucionis importat, juxta vim, seriem, et effectum ejusdem in vestra diocesi absque more dispendio plene et debite fieri facientes, vos, quatinus id ipsum vestram paternitatem concernit, pro spe tanti comodi et honoris ecclesiastici incremento eidem mandato quo ad omnes ipsius articulos efficaciter parere omni excusacione cessante modis omnibus, prout convenit, studeatis. Datum apud Clacketone, iiij° Id. Decembris, anno Domini supradicto.

A.D. 1324. *Jan. 10.—The Archbishop postpones indefinitely the meeting of the Provincial Council, the King having pointed out that it would interfere with the meeting of Parliament.*

Revocatio Concilii.—Archiepiscopus Episcopo Herefordensi salutem, etc. Deliberacione provida multa multociens salubriter ordinata postmodum juxta varietatem temporum et qualitatem eciam emergencium agendorum expetunt nonnunquam necessario commutari. Cum itaque firmo concepto proposito, vobiscum et cum ceteris fratribus coepiscopis suffraganeis nostris, ac clero nostre provincie Cantuariensis, in ecclesia sancti Pauli Londoniensi, provinciale consilium in Octabis sancti Hillarii proximo futuri, juxta effectum litterarum nostrarum super hoc emissarum, pro negociis arduis ecclesie Anglie disposuissemus celebrasse, ecclesie serenissimus Princeps, dominus Rex Anglie illustris, apices suas, quas apud Octeforde, viij° die Januarii sero recepimus, nobis destinare curavit, innuendo in eisdem quod per consilium nostrum hujusmodi, si ad actum procederet, parliamento suo, quod tam pro statu et utilitate ecclesie sancte quam pro magnis et urgentissimis regni sui negotiis, a die Purificacionis beate Virginis proxime futuro in tres septimanas, apud Westmonasterium jam fecerat submoneri, impedimentum maximum, quod absit, paremus, nobisque mandando ulterius supplicavit ut ex causa premissa non tam necessaria quam utili convocacionem prelatorum et cleri nostre provincie, ut premittitur, faciendam differremus ac revocari faceremus penitus ista vice. Nos igitur premissa ponderantes et considerantes iusuper discrimina grandia laborum et sumptuum que confratres nostros et clerum predictos veniendo ad hujusmodi concilium et recedendo ab eodem, ac iterum absque intervallo ad predictum parliamentum redeundo, hiis anni temporibus oporteret necessario sustinere, de quorundam prelatorum et aliorum juris peritorum communicato consilio, dictum nostrum concilium ad presens duximus suspendendum, et eidem hac vice supersedendum, quod vestre fraternitati tenore presencium intimamus, et per vos clero vestro et ceteris subditis vestre diocesis quorum interesse dinoscitur absque more diffugio volumus intimare. Datum apud Lambethe, x° die Januarii, A. . . . .[1]

1—The entry is unfinished.

A.D. 1324 *Jan. 27.—The Prior and Convent of Wenlock, on the nomination of Lady Burge de Harley, have presented Philip de Harley, priest, to the Chapel of Willey. The Bishop commissions William de Fownhope, after due enquiry, to institute and induct.*

Fol. 74b. Presentacio ad capellam de Wilelye.—Adam, etc., dilecto filio, Officiali nostro, vel magistro W. de Fowehope, nostro in ejus absencia Commissario, salutem, etc. Presentarunt nobis religiosi viri, Prior et Conventus de Wenloke, dominum Philippum de Harleye, presbiterum, ad capellam de Wilileye, nostre diocesis, per litteras suas tenorem qui sequitur continentes :—Venerabili in Christo patri ac domino, domino Ade, etc., sui filii devoti, Prior et Conventus de Wenlocke, Cluniacensis ordinis, reverenciam et honorem tanto patri debitos, cum salute. Ad capellam de Wilileye pro non curata habitam, vestre diocesis, vacantem, a matrice ecclesia de Wenloke predicta dependentem, et ad presentacionem nostram, mediante presentacione seu nominacione nobilis domine, domine Burge de Harleye, spectantem, dilectum nobis in Christo generosum virum, dominum Philippum de Harleye, presbiterum, vestre paternitati reverende tenore presencium presentamus, humiliter supplicantes et devote quatinus ipsum dominum Philippum ad dictam capellam admittere, et ea que vestro incumbunt officio in hac parte ulterius sibi facere et exequi dignemini intuitu caritatis, salva pensione annua dicte ecclesie de Wenlocke et nobis ab antiquo debita ab eadem. Datum apud Wenloke in Capitulo nostro sub sigillis nostris, die Mercurii in festo sancti Thome Apostoli, anno Domini M°CCC°xxiij°. Quocirca vobis tenore presencium committimus et mandamus quatinus an dicta capella vacet, et si sic, qualiter vacet, et a quo tempore ceperit vacare, si cura animarum imineat in eadem, et si sic qualiter, quis sit ejus verus patronus, quis ultimo presentaverit ad ipsam, an sit litigiosa an sit pensionaria, et si sic, cui et in quanto cujus estimacionis existat, de meritis et ordinibus presentati, et an sit alibi beneficiatus, et de ceteris contentis in presentacione predicta et aliis articulis consuetis et debitis in hac parte inquisicionem fieri faciatis in pleno loco consistorii diligentem. Et quid inveneritis, etc. Datum apud Schenygfeld, etc.

Et memorandum quod xxvij° die Januarii, anno Domini M°CCC°xxiij° apud Hereforde, commisit dominus vices suas magistro W. predicto, ut si inquisicio faceret pro presentantibus et eciam presentato, ipsum Philippum ad dictam capellam admitteret et

A.D. 1324. instituere in eadem, ac induceret seu induci faceret in corporalem possessionem ejusdem.

Jan. 27.—Mandate of the Bishop of London, by direction of the Archbishop and the King, summoning the Bishops and the Proctors of the Clergy to a meeting of Parliament.

Mandatum Episcopi Londoniensis receptum xxvij° die Januarii.—Venerabili in Christo patri, domino Dei gracia Herefordensi Episcopo, Stephanus, ejusdem permissione Londoniensis Episcopus, salutem, etc. Mandatum reverendi in Christo patris et domini, domini W., Dei gracia Cantuariensis Archiepiscopi, totius Anglie Primatis, nuper recepimus in hec verba:—Walterus, etc., venerabili fratri nostro, domino S., etc., salutem, etc. Ex assumpta solicitudine pastoralis officii multociens cogimur eciam inviti pro varietate temporum et urgentibus ecclesie et regni negociis cum prelatis et clero nostre provincie communem habere tractatum. Instans enim rei publice magna necessitas, evidensque ecclesie Anglicane operata utilitas, quas super agendis et tractandis in communi ad presens versari credimus, precum eciam regiarum excitatio, inevitabiliter nos impellunt prelatos et clerum nostre provincie antedicte juxta effectum brevis regii in proximo convocare; cujus quidem brevis tenor talis:—Edwardus, etc., venerabili in Christo patri, W., etc., salutem. Quia super diversis et arduis negociis nos et statum regni nostri specialiter tangentibus parliamentum nostrum apud Westmonasterium a die Purificacionis beate Marie Virginis proxime futuro in tres septimanas tenere, et vobiscum ac cum ceteris prelatis, magnatibus, et proceribus dicti regni habere proponimus colloquium et tractatum, et mandavimus singulis Episcopis vestre provincie Cantuariensis quod dictis die et loco, omnibus aliis pretermissis, personaliter intersint ibidem, nobiscum et cum ceteris prelatis et magnatibus supradictis super dictis negociis tractaturi, suumque consilium impensuri, et quod ipsi premuniant Decanos, Priores, et Capitula ecclesiarum suarum, Archidiaconos, totumque clerum suarum diocesium, quod iidem Decani, Priores, et Archidiaconi in propriis personis suis, et quodlibet dictorum Capitulorum per unum, clerusque cujuslibet diocesis per duos procuratores idoneos, plenam et sufficientem potestatem ab ipsis Capitulo et clero habentes, unacum Episcopis predictis intersint modis omnibus tunc ibidem ad faciendum et consenciendum hiis que tunc ibidem de communi consilio nostro, favente Domino, ordinari

A.D. 1324. Fol. 75. contigerit super negociis antedictis, nos nolentes negocia nostra in dicto parliamento tractanda propter absenciam dictorum Decanorum, Priorum, et Archidiaconorum retardari, vobis mandamus rogantes quatinus Decanos, Priores ecclesiarum cathedralium, Archidiaconos totius provincie vestre in propriis personis suis, Capitula eciam singula dictarum ecclesiarum cathedralium per singulares procuratores, et clerum cujuscunque diocesis ejusdem provincie per duos sufficientes procuratores, ad dictos diem et locum venire faciatis ad tractandum et consenciendem hiis que in premissis tunc ibidem contigerit ordinari, et hoc nullatenus omittatis. Teste me ipso apud Kenelworthe, xxvij° die Decembris, anno regni nostri xvij°. Nos igitur tanto prompcius tantoque favorabilius votis regiis inclinantes quo speramus firmissime tractatum hujusmodi ecclesie Anglicane et personis ecclesiasticis non modice profuturum, deliberato consilio regiis rogatibus fore decrevimus annuendum. Quocirca fraternitati vestre committimus et mandamus quatinus cum debita celeritate confratribus et coepiscopis nostre Cantuariensis provincie suffraganeis vice et auctoritate nostra injungatis seu faciatis injungi ut iidem Episcopi omnes et singuli in suis diocesibus citent seu citari faciant peremptorie Decanos, Priores ecclesiarum cathedralium et Capitula eorundem, Archidiaconos, clerumque cujuslibet diocesis, quod iidem Decani, Priores, et Archidiaconi, in propriis personis suis, Capitula vero singula ecclesiarum cathedralium per singulos procuratores, clerus autem cujuslibet diocesis per duos procuratores sufficientes, compareant in dicto parliamento apud Westmonasterium a die Purificacionis beate Marie in tres septimanas cum continuacione et prorogacione dierum tunc sequencium, ad tractandum una nobiscum et ceteris prelatis super urgentibus ecclesie Anglicane atque regni negociis in parliamento supradicto, necnon ad consenciendum hiis que ad honorem Dei et ecclesie sue sancte, ac utilitatem totius rei publice regni predicti, divina disponente clemencia, ibidem contigerit salubriter ordinari. Vos eciam dictum nostrum mandatum, quatinus vos ac Decanum et Capitulum vestrum, Archidiaconos et clerum vestre diocesis contingit, per omnia fideliter faciatis ac eciam observetis. Et ne mandatum nostrum hujusmodi arte, ingenio, vel negligencia deludatur, vobis, ut supra, injungimus quod coepiscopis nostris et suffraganeis omnibus et singulis consimiliter injungatis ut singuli eorum de suis execucionibus cum citatorum nominibus plene nos certificent die et loco predictis, quatinus ad eos pertinet, secundum

A.D. 1324 formam superius annotatam. De die vero recepcionis, etc. Datum apud Mortelake, xij° die Januarii, anno Domini M°CCC°xxiij°. Cujus auctoritate mandati districte vobis injungimus per presentes quatinus idem mandatum, quatinus ministerium execucionis importat, juxta vim, seriem, et effectum ejusdem in vestra diocesi absque more dispendio plene et debite fieri facientes, vos, quatinus id ipsum vestram paternitatem concernit, eidem mandato quo ad omnes et singulos ipsius articulos efficaciter parere modis omnibus studeatis. Datum apud Stebbenhethe, xix° Kal. Februarii, anno Domini supradicto.

Feb. 11.—Dispensation for illegitimacy granted to John de Leye of Ruardean.

Dispensacio.—Memorandum quod xj° die Februarii, anno predicto, apud Gloucestriam, dispensavit dominus cum Johanne dicto le Leye [de] Ruwardine, clerico Herefordensis diocesis, super defectu natalium quem patitur de soluto genitus et soluta, secundum tenorem litterarum apostolicarum eidem in hac parte directarum, quas penes ipsum conservandas dimisit, etc.

Jan. 31.—Mandate of the Dean of Arches to the Official of Hereford to summon certain witnesses required by William de Irby, Prior of St. Guthlac's, in his appeal against the Bishop of Hereford.

Fol. 75b. Mandatum Decani de Arcubus.—Decanus ecclesie beate Marie de Arcubus Londoniensis, domini Officialis Curie Cantuariensis Commissarius generalis, discreto viro Officiali Herefordensi salutem in Auctore salutis. Cum nos in causa appellacionis directe, que in dicta Curia vertitur inter religiosum virum, fratrem Willelmum de Irby, priorem ecclesie conventualis sancti Gudlaci Herefordensis, partem ut suggeritur appellantem, ex parte una, et venerabilem patrem, dominum Adam, Dei gracia Herefordensem Episcopum, partem appellatam, ex altera, legitime procedente, parti dicti prioris compulsionem magistrorum Thome de Chaundos, Archidiaconi Herefordensis, Thome de Penbrugge, Thesaurarii Herefordensis, domini Jacobi de Henlye, canonici Herefordensis, magistrorum Willelmi de Fowehope, Rectoris ecclesie de Westbury, Hugonis de Westone, Thome de Boleye, Rectoris ecclesie de Estenore, Johannis de Radenhalle, Hugonis de Thornhaghe, notariorum publicorum,

A.D. 1324. dominorum Thome de Hometone, Rectoris ecclesie de Rudmerleye, Ade de Ailyntone, capellani, magistri Johannis Hubande, Rectoris ecclesie de Thurclestone, Philippi Walwayn, clerici, Willelmi le Porter, domini Roberti Coly, capellani, Ade de Irby, Ricardi de Schale, Willelmi de Ailmestone, Henrici Elion, litteratorum, Johannis de Peniard, Audoeni, Janitoris Prioratus Herefordensis, Willelmi de Ailestone, litterati, fratrum Johannis de Lalpit et Johannis de Cerne, monachorum prioratus Herefordensis, testium ad probandum libellum suum in dicta causa porrectum, sibi ut asseruit necessariorum, facta prius fide summaria, ut est moris, exigente justitia, duxerimus concedendam, vobis dicte Curie auctoritate firmiter injungendo mandamus quatinus citetis seu citari faciatis peremptorie testes predictos, omnes et singulos, quod compareant coram dicto domino Officiali, nobis, aut alio ipsius commissario in ecclesia beate Marie de Aldermarichirche Londoniis, vj° die juridico post festum sancti Valentini, super libello predicto testimonium perhibituri veritati, ulteriusque facturi et recepturi quod juris fuerit et racionis. De die vero recepcionis presencium ac citacionis vestre, et si dictos testes personaliter inveneritis, necnon quid feceritis in premissis, dictum dominum Officialem, nos, aut alium ipsius commissarium, dictis die et loco certificetis, etc. Datum Londoniis, ij° Kal. Februarii, anno Domini M°CCC°xxiij°.

Feb. 18.—The Bishop certifies that Roberto Fileul was born in lawful wedlock.

Littere date Roberto Fileul.—Adam, etc., universis in Christo filiis nobis jure diocesano subjectis, et omnibus aliis quorum interest vel interesse poterit in hac parte, salutem in domino sempiternam. Quia pium et ei qui omnia novit placitum reputamus veritati testimonium perhibere, universitati vestre innotescimus per presentes quod Symon Fileul de Goupillar in Normannia cum Matilda la Taillor de villa de Newent nostre diocesis oriunda a diu est matrimonium legitime contraxit, quod quidem matrimonium exstitit postea inter [eos]dem in facie ecclesie sollempnizatum ibidem, ac subsequenter predictus Symon ex eadem Matilda uxore sua legitima, constante [inter] eosdem matrimonio predicto, quendam Robertum, filium suum, ex thoro legitimo procreavit, quem, dum vixit, aluit et educavit et [ut] filium suum agnovit; que omnia in partibus de Newent et locis vicinis publica sunt et

A.D. 1324. notoria, super quibus ex habundanti per testimo[nium] fidedignorum super hiis specialiter juratorum nobis facta extitit plena fides. In quorum omnium testimonium et fidem pleniorem dicto Ro[berto] Fileul litteras sigillo nostro ad talia consueto signatas fieri fecimus has patentes. Datum Gloucestrie, xviij° die mensis Februarii, anno Domini M°CCC°xxiij°.

Feb. 19.—The Bishop commissions John Rees, Rector of Dorstone, to admit a new Prior of St. Guthlac's, should one be presented.

Fol. 76. Commissio pro presentato ad Prioratum Herefordensem.—Adam, etc., discreto viro filioque in Christo dilecto, magistro Johanni Rees, Rectori ecclesie de Dorstone, nostre diocesis, salutem, etc. Ne prioratus Herefordensis nostre diocesis per ipsius vacacionem diutinam in spiritualibus et temporalibus dispendium paciatur, ad admittendum ydoneam personam per Abbatem et Conventum Gloucestrienses ad prioratus ejusdem regimen presentatam seu presentandam, et ad inducendum eandem in corporalem possessionem prioratus ejusdem cum omnibus juribus et pertinenciis suis, in defectum eorum ad quos spectare dinoscitur, vices nostras tibi committimus per presentes, etc. Datum apud Gloucestrie xix° die Februarii, anno ut supra.

Memorandum that J[ohn de Aquablanca], then Dean of Hereford, had paid to the Bishop 20 shillings, being St. Peter's pence from the Deanery of Hereford for the year ending Sept. 29, 1317. Thomas de Boleye produces to the Bishop his own receipt for the same.

De denariis sancti Petri.—Memorandum quod per Johannem, quondam Decanum Herefordensem, satisfactum est domino de xx solidis pro denariis sancti Petri decanatus Herefordensis de anno uno completo in festo sancti Michaelis, anno Domini M°CCC°xvij°. Unde magister Thomas de Boleye ostendit eidem domino aquietanciam sigillo suo signatam.

Mar. 8.—The Bishop of Hereford presents to the Bishop of Winchester Henry de Eastnor, to be appointed to the office of notary public.

Officium Tabellionatus concessum Henrico de Estenore, clerico.—Venerabili in Christo patri, Domino Johanni, Dei gracia

A.D. 1324. Wyntoniensi Episcopo, Adam, etc. Quicquid potest reverencie et honoris. Ad officium notarii publici per vos auctoritate Apostolica vobis in hac parte commissa creandum dilectum nobis in Christo, Henricum de Estenore, clericum nostre diocesis, paternitati vestre reverende tenore presencium presentamus supplicantes humiliter et devote quatinus eundem Henricum auctoritate predicta velitis admittere, et sibi dictum officium exercendi committere potestatem. Ad regimen, etc. Datum Londoniis, viij° die Marcii, anno Domini, M°CCC°xxiij°.

Mar. 10.—The Bishop, before instituting Philip de Harley to the chapel of Willey, instructs the Official, or, in his absence, William de Fownhope, to enquire personally whether the chapelry is without cure of souls.

Mandatum occasione presentacionis ad capellam de Wileleye.—Adam, etc., discretis viris, filiis in Christo dilectis, Officiali nostro, vel magistro W. de Fowehope, nostro in ejus absencia commissario, salutem, etc. Presentato nobis nuper domino Philippo de Harleye ad ecclesiam seu capellam de Wileleye tanquam vacantem et liberam, nullatenus per se, ut dicitur, curam animarum habentem, et inquisicione juxta juris exigenciam et secundum quod moris est super premissis et aliis articulis consuetis ad mandatum nostrum facta et nobis ostensa, in eadem inter cetera vidimus contineri, ipsam capellam fuisse et esse liberam et penitus sine cura. Propter quod dictus dominus Philippus occasione premissa instanter a nobis petiit ipsum ad eandem admitti et institui in eadem, ut premittitur, non curata. Nos igitur volentes super premissis, prout nostro incumbit officio, plenius informari, vobis et cuilibet vestrum conjunctim et divisim injungimus et mandamus quatinus ad predictam ecclesiam seu capellam de Wileleye personaliter accedentes, vocatis primitus evocandis saltim publice citacionis edicto, de insigniis, judiciis, et circumstanciis cure animarum, quibus dicta ecclesia seu capella beneficium curatum sive non curatum dici potuerit et debeat de jure, per viros fidedignos, clericos et laicos, diligentem faciatis inquisicionem, juxta vim, formam, et tenorem articulorum inferius contentorum, et discrecionem vobis in hac parte a Deo datam. In primis siquidem inquiratur si eadem ecclesia seu capella est infra alterius ecclesie fines seu limites tanquam matricis ecclesie constituta, et que sit illa. Item quis sacramenta et sacramentalia ministrat in eadem, et cujus auctori-

A.D. 1324. tate, vice, vel mandato. Item quis percipit decimas et mortuaria audiencium divina officia in ecclesia seu capella predicta. Item an habeat sepulturam et baptisterium, et si habeat baptisterium, an hoc sit tanquam in ecclesia per se curata, vel tanquam in capella distincte a matrice ecclesia propter periculum animarum concessum. Item apud quem est ipsius cura, et an alteri ecclesie subjecta, et cui, et quibus. Item an alteri ecclesie in annuo teneatur censu, et ex qua causa. Item an in solempnibus festis ministri ejusdem ecclesie seu capelle et parochiani ejusdem ad aliam ecclesiam tanquam matricem in signum subjeccionis cum processione accedere teneantur, et ad quam, et quociens, et quando. In ceteris autem ex quibus vestra discrecio plenius poterit instrui in hac parte, informacione pleniori quam poteritis super premissis et aliis per vos recepta, nos de die recepcionis, etc. Datum Londoniis, x° die Marcii, anno ut supra.

Mar. 5.—The Chapter of Hereford appoint Adam Murimouth to be their proctor for settling their disputes with John de Ross, one of the Canons, concerning certain dues which he claimed.

Fol. 76b. Procuratorium Capituli Herefordensis.—In Dei nomine, Amen. Anno ab Incarnacione ejusdem M°CCC°xxiij°, Indiccione vij, Pontificatus sanctissimi patris et domini nostri, domini Johannis, divina providencia Pape XXII, anno viij°, mensis Marcii die v°, venerabiles viri, Thomas de P[enbrugge], Thesaurarius, magister Thomas de C[herletone], etc., canonici ecclesie cathedralis Herefordensis in presencia mei, notarii publici infrascripti, et testium subscriptorum, in ipsius ecclesie loco capitulari personaliter constituti, et tunc Capitulum ejusdem ecclesie facientes, suo aliorumque canonicorum ejusdem ecclesie sibi adhibencium ac dictorum ecclesie et Capituli nomine, venerabilem virum, magistrum A. Murimouth, juris civilis professorem, concanonicum suum, absentem tanquam presentem fecerunt, constituerunt, et ordinaverunt suum verum et legitimum procuratorem, negotiorum gestorem, ac nuncium specialem ad tractandum, transigendum, componendum, finalem pacem et concordiam faciendam, cum venerabili viro, magistro Johanne de Ros, concanonico suo, super omnibus litibus, questionibus, ac controversiis inter eundem magistrum Johannem et prefatum Capitulum, ecclesiam, et canonicos ipsius ecclesie, motis occasione quorundam fructuum, reddituum, et proventuum quos idem magister Johannes racione canonicatus et prebende quos in

A.D. 1324. dicta Herefordensi ecclesia obtinet, ac virtute quarundam graciarum Sedis Apostolice asserit sibi deberi, et per dictum Capitulum sibi fuisse subtractos, necnon super omnibus processibus et censuris ecclesiasticis per quoscunque judices, auditores, executores, seu quoscunque alios ad instanciam seu procuracionem dicti magistri J. seu cujuscunque alterius vice seu mandato ipsius premissa occasione factis et prelatis, necnon ad submittendum dictum Capitulum jurisdiccioni camere domini Pape et ipsius camere auditoris sub pena suspensionis, interdicti, et alterius cujuscunque censure ecclesiastice, quod idem Capitulum et canonici ratum et firmum habebunt quicquid per dictum procuratorem suum actum, gestum, vel promissum fuerit occasione pacis et concordie super premissis litibus, controversiis, et questionibus faciende. Promiseruntque eciam predicti canonici, Capitulum, ut premittitur, facientes, suo aliorumque canonicorum predicte ecclesie Herefordensis sibi adhibencium ac dictorum ecclesie et Capituli nomine, michi, notario publico infrascripto, vice et nomine prefati magistri Johannis et omnium quorum interest vel interesse poterit stipulanti, se ratum et firmum perpetuo habituros quicquid per prefatum procuratorem suum in premissis et premissa contingentibus actum, gestum fuerit, vel eciam procuratum. Acta sunt hec presentibus magistro Johanne de Radnore, auctoritate apostolica notario publico, domino R. de H., perpetuo vicario de choro ecclesie cathedralis Herefordensis antedicte, et Willelmo Deynte, clericis, testibus, etc. Et ego, H de T., clericus Eboracensis diocesis, auctoritate apostolica notarius publicus, premissis omnibus et singulis die et loco prenotatis, etc. Et ad majorem fidem et evidenciam premissorum omnes et singuli canonici suprascripti, Capitulum facientes, ut superius est expressum, sigillum commune Capituli dicte ecclesie cathedralis Herefordensis presenti procuratorio suo apponi fecerunt.

Mar. 23.—The Bishop of Hereford commissions the Bishop of St. Asaph to reconcile the cemetery of Meole Brace, which had been polluted by bloodshed.

Commissio pro reconciliacione cimiterii Moelebracy.—Venerabili in Christo patri, domino David, Dei gracia Episcopo Assavensi, vel alii Episcopo catholico cuicunque, graciam Sedis Apostolice et sui execucionem officii optinenti, Adam, etc., salutem et fraternam in Domino caritatem. Ad reconciliandum cimiterium

D. 1324. ecclesie de Moelbracy, nostre diocesis, quod sanguinis effusione, ut dicitur, est pollutum, eo non obstante quod cimiterium hujusmodi existit in nostra diocesi situatum, vobis vices nostras committimus per presentes. In cujus rei, etc. Datum Londoniis, xxiij° die Marcii, anno Domini M°CCC°xxiij°, etc.

The Bishop, being now assured that the chapelry of Willey is without cure of souls, institutes Philip Harley as Rector.

Fol. 77. Forma institucionis petita per presentatum ad capellam de Wileleye.—Quia pridem te nobis ad capellam de Wileleye, nostre diocesis, vacantem, tanquam ad liberam animarum curam non habentem, presentato, nos an eadem capella seu ecclesia curata fuerit an non hesitantes, super hiis inquiri fecimus diligenter, ac tandem per hujusmodi inquisicionem vocatis evocandis sollempniter ad mandatum nostrum habitam ac alia legitima documenta invenimus ipsam infra fines seu limites ecclesie parochialis de Wenloke constitutam, ipsiusque curam animarum penes eandem ut ecclesiam matricem et parochialem existere, ac eciam per alia indicia sufficiencia, quorum pretextu capella non curata de jure debeat reputari. Unde nos, ex premissis et aliis plenius informati, ipsam capellam liberam sine animarum cura fuisse et esse sentencialiter declaramus ac pronunciamus, ac te ad presentacionem religiosorum virorum, Prioris et Conventus de Wenloke, mediante presentacione seu nominacione domine Burge de Harleye, vere patrone ejusdem, tanquam, ut premittitur, non curatam, te caritative admittimus, et Rectorem canonice instituimus in eadem. In cujus, etc.

Mar. 16.—Certificate of William de Fownhope that he has held an inquiry which proves that the chapelry of Willey has always been without cure of souls.

Certificatorium mandati contenti in prima parte primi proximi folii super libertate capelle de Wileleye.—Reverendo in Christo patri, ac domino suo, domino Ade, etc., W. de Fowehope, dicti patris in sui Officialis absencia Commissarius Generalis, obedienciam, reverenciam et honorem. Mandatum vestrum xv° die mensis Marcii recepi tenorem continens infrascriptum:—Adam, etc. Cujus auctoritate mandati ad dictam ecclesiam seu capellam de Wileleye personaliter accedens, vocatis dominis Priore et Conventu

A.D. 1323. de Wenloke, vicario ecclesie parochialis de Wenloke, et aliis in pleno consistorio in ecclesia parochiali de Wenloke celebrato evocandis, et eisdem Priore et Conventu per dominum Thomam de Londoniis, monachum, procuratorem eorundem litteratorie constitutum, vicario dicte ecclesie de Wenloke in dicta ecclesia seu capella personaliter constituto comparentibus, in presencia domini Roberti de Harleye, militis, et aliorum tam clericorum quam laicorum multitudine copiosa, dicte inquisicioni faciende expresse consencientibus, die Lune proximo post festum sancti Gregorii Pape, anno Domini supradicto per viros fidedignos, clericos et laicos, videlicet dominum Ricardum de Lardene, magistrum Alexandrum de Bokenhal, Rectores ecclesiarum de Stoke Milborw et Hopeboulers, vicarios ecclesiarum de Cardyntone et Longestauntone, clericos, et Johannem de Presthope, Radulphum de Wilileye, Nicholaum de Horseleye, Ricardum de Sweyneye, et Ricardum de Knyghtleye, laicos, diligentem feci inquisicionem juxta vim, formam, et tenorem articulorum superius contentorum. Que dicit quod dicta capella de Wileleye est infra fines seu limites parochiales matricis ecclesie de Wenloke constituta. Dicit eciam quod vicarius dicte matricis ecclesie, qui pro tempore fuerit, ministrat ibidem per quendam capellanum suum per ipsum assignatum sumptibus Rectoris dicte capelle, qui pro tempore fuerit, sacramenta et sacramentalia racione cure sibi commisse in ecclesia matrice predicta. Item dicit quod Prior et Conventus Monasterii de Wenloke percipiunt omnes decimas majores et minores cujusdam tenementi, quod quidem tenet nunc Ricardus de Swyneye in manerio de Wilileye predicta; percipiunt eciam omnia mortuaria viva quorumcunque tenencium dicti manerii decedencium, et divina officia audiencium in capella memorata. Et dicit quod Rector dicte capelle, qui pro tempore fuerit, percipit omnes alias decimas quascunque, sive personales sive reales, ceterorum tenencium dicti manerii. Dicit eciam quod dicta capella nullam habet sepulturam set omnes decedentes in dicto manerio cujuscunque condicionis sepeliuntur in cimiterio matricis ecclesie predicte. Dicit eciam quod est in dicta capella baptisterium tanquam a matrice ecclesia per spacium duarum leucarum distante propter periculum animarum concessum. Dicit eciam quod cura ipsius est apud vicarium de Wenloke, et est dicta capella matrici ecclesie predicte subjecta. Item dicit quod dicta capella tenetur dicte ecclesie matrici de Wenloke in annuo censu, videlicet septem solidorum in signum subjeccionis. Et vicarius dicte ecclesie

A.D. 1324. matricis percipit duos solidos annui census, qui vocatur feodum confessionis. Item dicit quod capellanus dicte capelle et quidam parochiani ejusdem singulis annis per diem Martis in ebdomada Pentecostes accedere solent ad dictam matricem ecclesiam de Wenloke ad processionem in signum subjeccionis. Nec vidit aliquis de dicta inquisicione a L annis et citra aliquem rectorem ibidem racione ipsius Rectorie ad sacros ordines promoveri, nec per aliquem diocesanum ad id compelli, set ab illo tempore et in antea a tempore cujus contrarii memoria non existit, prout ipsi de inquisicione audire potuerunt, dicta capella libera et pro non curata notorie habebatur, et sic hucusque reputatur. Et sic mandatum vestrum sum, ut potui, executus. Datum apud Wileleye, die et anno supradictis.

A.D. 1322. *April 9.—The Bishop assigns to William de Brobury the custody (during the minority of William de Northgrave, the heir), of the lands which John de Northgrave, deceased, held from the King.*

Fol. 77b. Carta de custodia heredis Johannis de Northgrave.—Pateat universis per presentes quod nos, Adam, etc., concessimus Willelmo de Brokbury, pro quadam pecunie summa quam nobis dedit premanibus, custodiam duarum parcium terrarum et tenementorum que fuerunt Johannis de Northgrave, defuncti, qui de domino Rege tenuit in capite, quam quidem custodiam nuper habuimus ex concessione domini Regis, habendam et tenendam eidem Willelmo cum omnibus ad custodiam illam spectantibus usque ad legitimam etatem Willelmi, filii et heredis predicti Johannis de Northgrave, unacum maritagio ejusdem heredis absque disparagacione, reddendo inde domino Regi per annum pro nobis quinque marcas ad Scaccarium suum, unam videlicet medietatem ad Scaccarium termino Pasche, et aliam medietatem ad Scaccarium termino sancti Michaelis. Et si de prefato Willelmo, filio dicti Johannis, humanitus contingat antequam ad plenam etatem pervenerit et per prefatum Willelmum de Brokbury fuerit maritatus, herede suo infra etatem existente, tunc idem Willelmus de Brokbury habeat custodiam duarum parcium terrarum et tenementorum predictorum usque ad legitimam etatem hujusmodi heredis predicti Willelmi, filii Johannis, in forma predicta, unacum maritagio ejusdem absque disparagacione, et sic de herede in heredem, quousque aliquis heredum predictorum ad plenam etatem suam pervenerit, et idem Willelmus de

A.D. 1322. Brokbury effectum maritagii alicujus heredis eorundem fuerit assecutus, salvis domino Regi feodis militum, advocacionibus ecclesiarum, dotibus, et aliis reversionibus terrarum et tenementorum, que accidere contigerit racione custodie illius, eadem custodia sic durante. In cujus rei, etc. Datum Herefordie, die Lune proximo post festum sancti Ambrosii, anno regni Regis E. filii Regis E. xv°.

A.D. 1324. *Feb. 2.—The Bishop assigns to Adam Lucas the custody (during the minority of John le Wyne, the heir), of the lands in Winston-by-Newton, which Dionisia la Wyne, deceased, held from the Bishop.*

Carta de custodia terrarum Dionisie la Wyne.—Universis Christi fidelibus ad quos presentes littere pervenerint, Adam, etc., salutem in Domino sempiternam. Noveritis nos tradidisse et concessisse dilecto et fideli nostro, Ade Lucas, pro servicio suo nobis impenso custodiam terrarum et tenementorum que Dionisia la Wyne de nobis tenuit in Wynestone juxta Newtone et alibi in comitatu Herefordie, per servicium militare, et que ad nos devenit racione minoris etatis Johannis, filii domini Willelmi le Wyne, consanguinei et heredis dicte Dionisie, unacum maritagio ejusdem Johannis, habendam et tenendam eidem Ade et assignatis suis usque ad plenam et legitimam etatem ejusdem Johannis. Et si contingat dictum Johannem decedere ante quam ad plenam etatem pervenerit, dictus Adam Lucas et assignati sui habeant et teneant predictam custodiam et maritagium de herede in heredem quousque unus heredum dicte Dionisie ad plenam et legitimam etatem pervenerit. In cujus rei, etc. Datum Herefordie, die Jovis in festo Purificacionis beate Marie Virginis, anno Domini M°CCC°xxiij°, regni vero Regis E. filii Regis E. xvij°.

Feb. 2.—The Bishop assigns to Adam Lucas and Robert de Hampton the custody (during the minority of Dionisia, daughter of Robert Roculf, the heiress), of the lands in Werham-by-Hereford, which John Iweyn, deceased, had held from the Bishop.

Carta de custodia terrarum Johannis Iweyn.—Universis Christi fidelibus ad quos presentes littere pervenerint, Adam, etc. Noveritis nos tradidisse et concessisse Ade Lucas et Roberto de Homptone, pro xx libris sterlingorum quas nobis solverunt premanibus, custodiam terrarum et tenementorum que Johannes Iweyn de

A.D. 1324. nobis tenuit in Werham juxta Herefordiam, et alibi in comitatu Herefordie, per servicium militare, et que ad nos devenit racione
Fol. 78. minoris etatis Dionisie, filie Willelmi Rocolf, consanguinee et heredis ejusdem Johannis, unacum maritagio ejusdem Dionisie, habendam et tenendam eisdem Ade et Roberto et assignatis suis usque ad plenam et legitimam etatem ejusdem Dionisie. Et si contingat dictam Dionisiam decedere antequam ad plenam etatem pervenerit, dicti Adam Lucas et Robertus et assignati sui habeant et teneant predictam custodiam et maritagium de herede in heredem, quousque unus heredum predicti Johannis ad plenam et legitimam etatem pervenerit. In cujus rei, etc. Datum Herefordie, die Jovis in festo Purificacionis beate Marie Viriginis, anno Domini M°CCC°xxiij°, regni vero Regis E. filii Regis E. xvij°.

April 26.—The Bishop assigns to Thomas de Chandos the canonical house once held by Richard de Hamenasch.

Collacio domorum canonicalium que fuerunt magistri R. de Hamenassch.—Item memorandum quod xxvj° die mensis Aprilis, anno Domini M°CCC°xxiiij°, ibidem[1] contulit dominus magistro Thome de Chaundos, archidiacono Herefordensi, domos canonicales quas dictus magister R. inhabitare consuevit Herefordie, per mortem ejusdem vacantes, scribens domino Johanni de la Felde, canonico Herefordensi, pro induccione ipsius.

The Bishop commands the Dean of Ross to publish the sentence of excommunication pronounced against William de Irby, Prior of St. Guthlac's, who had blasphemously attacked the Bishop while the latter was celebrating mass in the Church of Ross.

A letter was also sent to the Bishop of Worcester, asking him to publish the sentence in the Churches of Worcester and Gloucester.

Mandatum ad denunciandum fratrem W. Ireby excommunicatum pro excessibus apud Ros.—Adam, etc., Decano de Ros salutem, etc. Cum nuper ad ecclesiam parochialem de Ros declinassemus, prout nobis incumbit, visitacionis officium impensuri, quidam filius iniquitatis, a canone excommunicatus, et pro tali auctoritate Ordinarii publice nunciatus, videlicet frater Willelmus de Irby, monachus, qui se gerit pro Priore sancti Gudlacy, Here-

1—*I.e. apud Marcle.* The preceding entry is an institution, for which see Appendix.

A.D. 1324. fordie, ipsam ecclesiam in festo sancti Georgii, dum sacra misse sollempnia ageremus, impudenter ingrediens animo petulanti, post prophanas confabulaciones et vana colloquia, acuens ut gladium linguam suam, et prorumpens in verba blasphema et contumeliosa, nos pontificalibus tunc indutos, astante cleri et populi multitudine, multis conviciis non erubuit lacessire, et tandem post et contra moniciones nostras canonice sibi factas, in ipsa ecclesia sedicionem excitando, conclamacionem movendo, et impetum committendo, divinum pariter et nostre visitacionis officium temerariis ausibus perturbavit, in gravem summi Regis pacifici injuriam, cultus divini derogacionem, et domus Dei, quam decet omnimoda sanctitudo, manifestum contemptum, et grave scandalum populi Christiani. Que omnia et singula adeo sunt publica et notoria, quod nulla poterunt tergiversacione celari, quamobrem prefatum Willelmum, monachum pertinacem et rebellem, pro tante temeritatis notoriis excessibus, majoris excommunicacionis sentencia innodavimus, justicia exigente. Quocirca tibi mandamus, in virtute obediencie firmiter injungentes, quatinus prefatum Willelmum, monachum, sic excommunicatum fuisse et esse in singulis ecclesiis tui decanatus, singulis diebus Dominicis et festivis intra missarum sollempnia seu quando major aderit populi multitudo, cruce erecta, candelis accensis et extinctis, ac pulsatis campanis, publice et sollempniter nuncies seu facias nunciari, a denunciacione hujusmodi non cessando quousque aliud habueris in mandatis.

Consimilis littera directa fuit Episcopo Wygorniensi mutatis mutandis ob reverenciam Episcopalem, usque "Quocirca," etc., ut supra, et tunc sequitur clausula ista:—Et quia decet secundum canonicas sancciones excommunicatorum nomina tam vicinis Episcopis quam parochiis indicare, ut excommunicatis ubique ecclesiasticus aditus excludatur, vestre paternitati in juris subsidium mutue vicissitudinis optentu humiliter supplicamus quatinus prefatum Willelmum, monachum, sic excommunicatum fuisse et esse in ecclesia vestra Wygorniensi, et ecclesia conventuali sancti Petri Gloucestriensi, vestre diocesis, et in ecclesiis ville ejusdem, ubi frequenter idem monachus conversatur, et locorum ecclesiis vicinorum mandetis sollempniter nunciari.

D. 1324. *The Bishop issues letters testimonial to John Hamelyn and Walter de Marisco, monks of Tintern, that they were born in lawful wedlock.*

Littera testimonialis natalium monachorum de Tynterna.—Adam, etc., omnibus quorum interest salutem in vero omnium Salvatore. Ne de statu Johannis Hamelyn et Walteri de Marisco, ordinem Cisterciensem in Abbacia de Tynterne dudum ingressorum, quantum ad natalia sinistra suspicio oriatur, universitati vestre tenore presencium intimamus quod iidem Johannes et Walterus liberi sunt, de legitimo matrimonio procreati, prout nobis constat per legitima documenta. In cujus, etc.

Mandate of citation issued before the Bishop's visitation of the Churches in a Deanery.

ol. 78b. Mandatum ad citandum contra visitacionem.—Adam, etc., dilecto in Christo filio, Decano de B., salutem et benediccionem. Quia ex officii nostri debito pastoralis, die tali ecclesiam de C., die tali ecclesiam de E., et die tali ecclesiam de G., necnon rectores, vicarios, presbiteros, clericos, et laicos earundem ecclesiarum, et ecclesiarum ac capellarum vicinarum, annuente domino, proponimus visitare, vobis tenore presencium committimus et mandamus quatinus rectores, vicarios, presbiteros, et clericos dictarum ecclesiarum, et de qualibet parochia ipsarum xij viros fidedignos, necnon et ecclesiarum ac capellarum vicinarum rectores, vicarios, presbiteros, et clericos, ac vj viros vel iiij fidedignos, secundum multitudinem seu paucitatem plebium earundem, citetis seu citare faciatis peremptorie quod compareant coram nobis diebus et locis predictis visitacionis nostre officium subjecturi, et super requirendis ab eis que limam correccionis exposcunt debito modo dicturi fideliter veritatem. Et quid feceritis in premissis, etc. Datum, etc.

May 13.—The Bishop instructs the Dean of the Forest to compel the Abbot and Convent of Gloucester to pay the procuration due to the Bishop at his visitation of the Church of Churcham, appropriated to them.

Mandatum ad levandum procuracionem pro visitacione facta.—Adam, etc., dilecto filio, Decano de Foresta, salutem, etc. Vobis, in virtute obediencie firmiter injungendo, mandamus quatinus moneatis et efficaciter inducatis Abbatem et Conventum

A.D. 1324. monasterii sancti Petri Gloucestrie, ecclesiam de Chircham nostre diocesis in usus proprios optinentes, ac Priorem, Suppriorem, Precentorem, et Celerarium, de dicto Conventu majores, quod de procuracione racione visitacionis nostre, quam in dicta ecclesia de Chircham jure Ordinarii ex officii nostri debito fecimus die Lune ante festum Invencionis sancte Crucis, nobis infra xv dies a tempore monicionis vestre in ecclesia de Chyrcham facte satisfaciant, ut tenentur. Quod si monicionibus vestris non paruerint in hac parte eosdem ad idem faciendum per censuras ecclesiasticas compellatis. Et quid in premissis, etc. Datum apud Monemutham, xiij° die Maii.

A.D. 1298. *July 15.—Robert [Winchelsey] Archbishop of Canterbury, issues stringent injunctions that all who lay hands upon the property of ecclesiastical persons should be solemnly excommunicated. These injunctions are to be read and clearly explained in English in all Cathedrals and Churches of the province, at least twice a year.*[1]

Mandatum contra invasores bonorum ecclesiasticorum et personarum ecclesiasticarum.—Robertus, permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus, totius Anglie Primas, venerabili fratri, domino Radulpho, Dei gracia Norwicensi Episcopo, salutem et fraternam in domino caritatem. Frequenter exigit repentina necessitas et congrua futurorum cautela ut et preordinata pro periculis evitandis remedia set forsan negligenter omissa vivacius iterentur, et nova superaddatur in hujusmodi execucione medela, in hiis precipue que sanctorum patrum jam dudum sanxit auctoritas, et que non possunt a nobis Episcopis, qui eorum statuta servare tenemur, absque periculo nostre professionis omitti. Nuper siquidem in quadam convocacione prelatorum et cleri Londoniis celebrata post festum sancti Hillarii, anno Domini M°CC° nonagesimo sexto, per nos et coepiscopos nostros communi extitit ordinacione condictum, et eis per nos in virtute obediencie ad quorundam eorum excitacionem injunctum ut in cathedralibus ecclesiis et ceteris locis insignibus per Episcopos ipsos, in aliis vero ecclesiis per alios viros ydoneos ad diocesanorum mandatum denuncientur publice, et in genere majoris excommunicacionis sentencia innodati omnes illi qui ecclesiastica bona sine grata permissione dominorum eorundem

1—The Bishop would seem to have entered in the register this Archiepiscopal mandate of 26 years' earlier date with some reference to the spoliation of his own temporalities, which was being carried out, by order of the King, through all the spring and summer of 1324.

A.D. 1298. vel ballivorum suorum deriperent, vel a domibus aut aliis locis ecclesiarum per violenciam ammoverent. Set ut ex post facto didicimus, et graviter exinde dolemus, execuciones hujusmodi non absque multorum periculo, et eorum precipue qui ad id ex obediencie debito tenebantur, ab aliquibus coepiscopis nostris in toto, ab aliis autem in parte hactenus sunt omissi, per quod quamplures malivoli quandoque sumpserunt, et imposterum forsan sument majorem audaciam taliter delinquendi. In ultima eciam innovacione magnarum cartarum de libertatibus et foresta antiquitus concessarum per principem nuper facta, dominus Rex taliter hec innovans ordinavit, et statuit quod eedem carte ad cathedrales ecclesias per totum regnum Anglie mitterentur, et remanerent ibidem, quodque legerentur coram populo bis in anno, et quod Archiepiscopi et Episcopi Anglie ferrent majoris excommunicacionis sentencias in omnes illos qui contra dictas venirent, facto consilio vel auxilio,
Fol. 79. aut in quocunque puncto infringerent cartas ipsas, quodque iidem Episcopi easdem sentencias publicarent vel facerent publicari in suis cathedralibus ecclesiis bis in anno, et quod Episcopi super facienda publicacione hujusmodi negligentes per Cantuariensem et Eboracensem Archiepiscopos, qui pro tempore fuerint, reprehenderentur, et ad denunciaciones hujusmodi faciendas per eosdem Archiepiscopos artarentur. Nos eciam et nostri coepiscopi tunc presentes ac nobis in pontificalibus assistentes apud Westmonasterium eciam de consensu consilii domini Regis tunc in partibus transmarinis agentis, dictam excommunicacionis sentenciam solempniter tulimus et publicavimus in vulgari. Ut igitur tam salubriter ordinata, et grandi communi utilitate provisa per dissimulacionem non transeant sine fructu, jam in ultima congregacione prelatorum et cleri post festum Nativitatis sancti Johannis Baptiste apud Novum Templum Londoniis per nos nostrosque coepiscopos et prelatos, ac clerum nostre Cantuariensis provincie provisum extitit et condictum, ut dicte excommunicacionum sentencie contra violatores cartarum bis in anno ut supra, videlicet in festo Omnium Sanctorum, et Dominica in Ramis Palmarum, in cathedralibus ecclesiis per Episcopos, si fieri possit, alioquin eorum auctoritate per alios solempniter publicentur. Quia insuper dominus Rex in innovacione predicta prelatis et toti communitati regni promiserat quod pro nullo negocio quicquam nomine ipsius domini Regis de bonis alicujus caperetur sine totius regni communi assensu, et si contingat, quod absit, aliquos malefactores de domibus, grangiis, vel aliis locis ecclesiasticis, bona ecclesiasticarum personarum auferre, abducere, vel aliqualiter aspor-

A.D. 1298. tare sine grata permissione dominorum bonorum hujusmodi vel ballivorum suorum, quod, ut premittitur, de voluntate domini Regis nullo modo procedere presumatur, difficile erit et sepe dampnosum personis sic spoliatis aut lesis ad suos Episcopos super hoc semper habere recursum, tam nobis nostrisque coepiscopis et prelatis ac clero predictis videbatur expediens, et per eos in eadem congregacione consensum extitit et condictum, ut singulis inferioribus prelatis, rectoribus eciam ac vicariis parochialium ecclesiarum detur per suos diocesanos expressa potestas denunciandi publice et solempniter malefactores hujusmodi, qui per facti evidenciam notorie et manifeste perpetrare presument, unacum eorum complicibus dicta excommunicacionis sentencia innodatos. Quocirca fraternitati vestre in virtute obediencie firmiter injungendo mandamus quatinus dictam sentenciam contra occupatores bonorum ecclesiasticorum, prout in prima dictarum congregacionum, ut supra, ordinatum extiterat, in singulis ecclesiis vestre diocesis juxta ordinacionem eandem, memoratam vero sentenciam contra infringentes articulos dictarum cartarum per nos et nostros coepiscopos, ut supra, consensu regio interveniente, prolatam secundum formam in prefata ultima congregacione provisam dictis diebus et locis, scilicet bis in anno in festivitatibus supradictis faciatis, in forma que superius tangitur, publicari, et in Anglico seriatim in omnibus ac patenter exponi, pulsatis campanis, et candelis accensis, ut propter sollempnitatem hujusmodi, quam laici magis quam effectum hujusmodi sentenciarum attendunt, amplius timeatur. Detur eciam per vos, sicut in dicta congregacione ultima concorditer extitit ordinatum, inferioribus prelatis, et rectoribus ac vicariis, ac eciam capellanis parochialibus vestre diocesis, plena et expressa potestas denunciandi publice et nominatim cum dicta sollempnitate malefactores predictos, scilicet occupatores et invasores bonorum ecclesiasticorum, si qui in hujusmodi prelatorum locis, aut rectorum seu vicariorum parochiis in futuro bona hujusmodi invaserint, occupaverint, aut amoverint, seu sic invadi, occupari, aut amoveri fecerint, in notoria evidencia ipsius maleficii majoris excommunicacionis sentencia innodatos. Proviso tamen quod non nisi malefacto notorio et evidenti, ac eciam sub testimonio sufficienti per eosdem rectores, vicarios, et presbiteros taliter procedatur. Ut insuper cumulatis ad supradicta cautelis amplius arceatur ac reprimatur perversorum iniquitas, in hujusmodi malefactorum nominatim, ut pretangitur, denunciatorum presencia cessetur ubilibet a celebracione missarum, et sic excommunicati per singulos dies dominicos et festivos denuncientur

Fol. 79b.

A.D. 1298. sollempniter, subtracta eciam eis per inhibicionem super hoc faciendam communione fidelium, quousque sic ablata restituant, et exinde ydonea satisfaccione premissa ab eadem sentencia congrue fuerint absoluti. Et cum de hujusmodi maleficio perpetrato vobis per aliquem subditorum vestrorum denunciatum extiterit, vel ad vos exinde publica fama pervenerit, plenam cum celeritate justiciam fieri faciatis, malefactores hujusmodi, ac eciam fauctores et complices eorundem, necnon scienter communicantes eisdem, postquam id competenter inhibitum fuerit, per coerciones canonicas diligenter et acriter puniendo. Similem eciam excommunicacionis sentenciam in omnes illos, qui manus in clericos temere violentas infecerint, faciatis in sollempnitate eadem publicari. Si vero in tantum aliquorum se extendit iniquitas, prout forsan evenire posse timetur, quod prelati seu ecclesiarum rectores aut vicarii, sive presbiteri vel alii ecclesiastici viri quicunque occasione premissorum vel alicujus eorum per laicalem potenciam capiantur, seu detineantur in carcere, aut in custodia quoquo modo, vobis injungimus in virtute obediencie, prout eciam in dicta ultima congregacione per prelatos et clerum ordinatum extiterat, ut loca in quibus sic capti detinebuntur, et quatuor ecclesias proximo vicinas, quatinus sub districtu vestro extiterint, interdicto ecclesiastico protinus supponatis, et sic interdicta remaneant quamdiu " capti taliter "[1] detinentur ibidem, et nichilominus captores ac detentores hujusmodi, et auctoritatem super hoc prebentes, eisdem singulis diebus dominicis et festivis post scelus hujusmodi perpetratum, in omnibus ecclesiis vestre diocesis intra missarum sollempnia coram clero et populo, pulsatis campanis, et candelis accensis, ut magis timeatur solempnitas, denuncientur solempniter majoris excommunicacionis sentencia innodati. Et ut hoc ad noticiam singulorum perveniat, in Anglico exponatur, donec sic excommunicati congrua satisfaccione premissa in forma ecclesie ab eadem sentencia per competentem judicem fuerint absoluti. Quia insuper processiones solempnes et oracionum suffragia, que pro statu Terre Sancte, et pace ac eciam tranquillitate et prosperitate ecclesie, Regis, et regni Anglie dudum salubriter ordinavimus ac mandavimus per dioceses singulas facienda, negligenter in multis et non absque multorum periculo hactenus, ut audimus, sunt omissa, de quibus, si fierent, fructus maximus merito speraretur, ac eciam dominus Rex in ultima congregacione predicta per nuncios suos rogavit, ut pro eo et suis in expedicione presenti, quam contra hostes ipsius et regni nuper assumpsit, oraciones

1—Marked thus in MS.

A.D. 1298. et suffragia hujusmodi fieri, necnon Scotos et eorum complices, qui ecclesias regni Anglie et loca ecclesiastica violenter invadere, comburere, ac bonis ecclesiasticis ausu sacrilego spoliare, pacemque regni et ecclesie patenter infringere ac perturbare presumpserant et presumunt, ut dicitur, excommunicatos publice per nostram denunciari provinciam faceremus, vobis, ut supra, mandamus et injungimus quatinus dictas processiones et oracionum suffragia tam pro statu Terre Sancte, et pace regni et ecclesie Anglie, quam eciam pro domino Rege et sibi adherentibus in sua expedicione presenti specialiter, necnon denunciaciones excommunicacionum predictas per totam vestram diocesim singulis diebus et locis, quibus idem expedire videritis, solempniter per vos, quatinus ad vos attinet, et ulterius per alios fieri faciatis. Hec omnia tam vigilanter et sollicite prosequentes, ut ex hoc status ecclesie reformetur in melius, et vestrorum apud Deum augeatur cumulus meritorum, vos eciam temporibus oportunis per totam vestram diocesim faciatis inquiri an premissa per vestros subditos, quatinus ad eos pertinet, fuerint, ut superius tangitur, observata. Et nos super hiis tam de facto vestro quam subditorum vestrorum certificetis ydonee saltim semel in anno per litteras vestras patentes harum seriem continentes. Datum apud Oteford, Idibus Julii, anno Domini M°CC° [1] nonagesimo octavo, consecracionis nostre quarto.

A.D. 1324. *Form of mandate against those who have carried off deeds, letters, and other documents belonging to ecclesiastical persons.*

Fol. 80. Mandatum contra detentores munimentorum.—R., Episcopus, etc., salutem, etc. Querelam R. de M. recepimus continentem quod quidam iniquitatis filii quorum ignorantur nomina et persone, cartas, litteras, alia munimenta sua diversa de domo G., fratris sui, et aliunde asportarunt injuste, et sic detinent asportata in ipsius R. predicti prejudicium, dampnum non modicum, et gravamen, ac asportancium predictorum animarum periculum, perniciosum exemplum, et scandalum plurimorum, super quibus juris ecclesiastici remedium postulavit a nobis. Volentes igitur in hac parte justiciam impertiri, devocioni tue injungimus et mandamus quatinus asportantes et detinentes hujusmodi in ecclesia supradicta intra missarum solempnia, cum major populi affuerit multitudo, canonice moneas in genere ut cartas, litteras obligatorias, et munimenta predicta

1—In MS. M°CCC°.

A.D. 1324. ipsi R. infra x dies a tempore monicionis tue hujusmodi numerandos restituant, seu pro eisdem satisfaciant competenter. Alioquin extunc malefactores hujusmodi in genere cures excommunicare canonice, et sic excommunicatos cum sollempnitate debita, locis et temporibus ad hoc aptis, publice nunciare, certificans nos super hiis cum per partem dicti querelantis fueris congrue requisitus, presencium cum tenore. Valeas. Datum, etc.

Form of dispensation for one who had received Holy Orders from another Bishop without license from his own diocesan, but otherwise canonically.

Dispensacio super ordinibus susceptis ab alieno Episcopo.— Episcopus dilecto in Christo filio J. de W., nostre diocesis, salutem, etc. Peticio tua nobis exhibita continebat quod, cum tu de nostra sis diocesi oriundus, nec alibi beneficium ecclesiasticum seu domicilium obtineres, in aliena diocesi in qua, ut asseris, oblegisti tibi perpetuam mansionem a loci diocesano subdiaconatus, diaconatus, et presbiteratus ordines per juris ignoranciam sine nostra licencia, alias tamen canonice suscepisti, et in sic susceptis ordinibus per aliqua tempora ministrasti; super quo tibi de oportuno remedio provideri humiliter postulasti. Nos igitur ob merita tue vite probabilis tuis precibus inclinati, quod circa collacionem dictorum ordinum factum est approbantes, ut premissis non obstantibus in eisdem de cetero licite valeas ministrare auctoritate pontificali tecum misericorditer dispensamus. In cujus, etc.

Feb. 25.—Cardinal Gaucelin, writing as the Pope's Penitentiary, grants a dispensation to Hugh de Barewe, who for five years had illegally held the Church of Aston Ingham.[1]

Dispensacio super inhabilitate magistri H. de Barewe.— Gaucellinus, miseracione divina tituli sanctorum Marcellini et Petri presbiter cardinalis, religioso viro, fratri Johanni de Wrotham, domini Pape penitenciario, salutem in Domino. Quia nobis Hugo de Barewe, clericus Herefordensis diocesis, lator presencium, peticione monstravit quod ipse olim, in xviij° etatis sue anno vel circiter existens, ecclesiam parochialem de Astone Ingayn, dicte diocesis, titulo institucionis et alias canonice fuit assecutus, et infra annum ad subdiaconatus ordinem promotus, ac eciam licenciam

1—See p. 31.

A.D. 1324. seu dispensacionem diocesani sui juxta formam constitucionis felicis recordacionis domini Bonifacii Pape VIII obtinuit ut studio insisteret litterarum, pretextu cujus dispensacionis fructus ipsius ecclesie, que novem marcarum sterlingorum juxta taxacionem decime valorem annuum non excedunt, per quinque annos percepit, et in proprios usus partem eorum expendit, de residuo faciens dicte ecclesie et parochie per vicarium ydoneum debite deserviri, quam ecclesiam postmodum in manibus ordinarii diocesis antedicte libere resignavit; verum cum propter paupertatem de fructibus predictis non possit satisfacere in presenti, supplicavit humiliter sibi per Sedem Apostolicam super hiis de oportuno remedio misericorditer provideri. Nos igitur auctoritate domini Pape, cujus penitenciarie curam gerimus, tue discrecioni committimus quatinus, si est ita, postquam ydoneam salutem juratorie, si aliam dare non possit, tibi prestiterit canonicam quod, cum ad pinguiorem fortunam devenerit, de predictis fructibus satisfaciet, ad tuum arbitrium in evidentem utilitatem prefate ecclesie fideliter convertendis, injuncta inde sibi pro modo culpe penitencia salutari, et aliis que sibi fuerint injungenda, super inhabilitate, si quam ex inde contraxit, dispenses, alio sibi non obstante canonico, auctoritate predicta misericorditer cum eodem. Datum Avonione, vj° Kal. Marcii, Pontificatus domini Johannis Pape XXII anno octavo.

A.D. 1326. *May 26.—W. de Pembridge resigns the Rectory of Byford.*

Resignacio ecclesie de Biforde.—Reverendo in Christo patri ac domino suo, domino Ade, etc., suus devotus clericus, W. de Penebrugge, Rector ecclesie de Byforde, vestre diocesis, omnimodam obedienciam, reverenciam, et honorem debitum tanto patri. Cura animarum dicte parochialis exonerari affectans, ipsam ecclesiam, cum omnibus suis juribus et pertinenciis universis, pure, sponte, et absolute in sacras manus vestras resigno, et omni juri quod in ipsa habui renuncio per presentes. In cujus rei testimonium sigillum meum presentibus apposui, et quia sigillum meum pluribus est incognitum, sigillum officii Cancellarii Universitatis Oxoniensis apponi procuravi. Datum Oxonie, in festo sancti Augustini, Anglorum Apostoli, anno Domini millesimo CCC°xxvj°.

A.D. 1326. *May 29.—The Prior and Convent of Brecon present Hugh de Barewe to the Rectory of Byford.*

Fol. 80b. PRESENTACIO FACTA MAGISTRO H. DE BAREWE AD ECCLESIAM DE BYFORDE.—Venerabili in Christo patri, domino Ade, etc., sui humiles filii et devoti frater Johannes, Prior Monasterii sancti Johannis Evangeliste de Breconia, et ejusdem loci Conventus, Menevensis diocesis, obedienciam ac reverenciam tanto patri debitas cum honore. Ad ecclesiam de Byforde, vestre diocesis, vacantem, et ad nostram presentacionem spectantem, dilectum clericum nostrum in Christo, magistrum Hugonem de Barewe, paternitati vestre reverende presentamus per presentes, vos humiliter et cum debita instancia deprecantes quatinus prefatum magistrum Hugonem sic per nos ad dictam ecclesiam presentatum admittere velitis, et in corporalem possessionem ejusdem ecclesie canonice induci faciatis, ulteriusque, si placet, quod vestro in hac parte incumbit officio plenius exequentes. Datum in Capitulo nostro Brechonie, die Jovis proximo post festum sancti Augustini, Anglorum Apostoli, anno Domini millesimo CCC°xxvj°.

June 30.—William de F[ownhope], commissioned by the Bishop to enquire into the vacancy of Byford, certifies the Bishop that the Prior and Convent of Brecon are the patrons, etc.; but he believes that it is not vacant, because W. de B. is the incumbent.[1]

CERTIFICATORIUM INQUISICIONIS FACTE IN NEGOCIO EJUSDEM PRESENTACIONIS.—Reverendo in Christo patri et domino suo, domino Ade, etc., suus Willelmus de F., ipsius patris in ejusdem officialis absencia commissarius generalis, obedienciam, reverenciam, et honorem. Mandatum vestrum nuper recepi tenorem continens infrascriptum:—Adam, etc., dilecto in Christo filio, magistro W. de F., Rectori ecclesie de Westbury, nostre diocesis, nostro commissario generali, salutem, etc. Presentarunt nobis religiosi viri, Prior et Conventus Monasterii de Breconia, magistrum Hugonem de Barewe, clericum, ad ecclesiam de Byford, nostre diocesis, vacantem, et ad suam presentacionem spectantem, ut dicunt. Quocirca, etc., ut moris est. Datum Cantuarie, vj° die mensis Junii, anno Domini millesimo CCC°xxvj°, etc. Hujusmodi igitur auctoritate mandati die Martis proximo post festum Apostolorum Petri et Pauli, anno

1—It is just possible that "W. de B." is meant for W. de Pembridge, and that William de Fownhope was unaware of his resignation. In any case the Bishop, on July 21, instituted Hugh de Barewe to Byford. See appendix.

A.D. 1316. Domini supradicto, in ecclesia parochiali de Dorstone, in pleno loci consistorio per rectores et vicarios decanatus de Webbeleye, super vacacione ipsius ecclesie de Byforde et aliis articulis in hac parte debitis et consuetis inquisicionem fieri feci diligentem. Que dicit quod non vacat ecclesia predicta, ut credit, quia dominus W. de B. incumbit possessioni ejusdem, et dicit inquisicio quod Prior et Conventus Brechonie presentarunt ultimo ad eandem, et quod sunt veri patroni ejusdem, nec est litigiosa, nisi quatenus quidam Ricardus de Byford, clericus, per Robertum de Bodeham ad ipsam ecclesiam presentatus juxta suam presentacionem se opposuit, nec est pensionaria, et est valoris C solidorum, et quod presentatus ad eandem ecclesiam, scilicet magister H. de Barewe, est vite et conversacionis honeste, et ad ordinem subdiaconatus promotus, nec est alibi beneficiatus, quod scitur. Et sic mandatum vestrum sum, cum ea qua decet reverencia, in omnibus executus. Datum apud Dorstone, die Martis et anno Domini supradictis.

Nov. 14.—The King[1] *presents Henry de Ludlow to the Church of Montgomery.*

Presentacio ad ecclesiam de Montegomeri.—Edwardus, Dei gracia Rex Anglie, Dominus Hibernie, venerabili in Christo patri, domino Ade, etc., salutem. Ad ecclesiam de Montgomery, vestre diocesis, vacantem, et ad donacionem nostram spectantem, dilectum nostrum Henricum de Lodelowe, clericum, vobis caritatis intuitu presentamus, rogantes quatinus eundem Henricum ad dictam ecclesiam admittatis, et personam instituatis in eadem. In cujus rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste Edwardo filio nostro primogenito, custode regni nostri, apud Herefordiam, xiiij° die Novembris, anno regni nostri xx°.

The Bishop commissions Philip, Rector of Rushbury, to absolve Lady Burge de Harley from the excommunication pronounced against the holders of lands once belonging to the Templars, since she has given satisfaction, for her portion of the Templars' lands, to Richard de Panely, Preceptor of Dinmore.

Fol. 81. Commissio facta Rectori de Russchebury.—Adam, etc., dilecto filio, domino Philippo, Rectori ecclesie de Russchebury, salutem,

1—This presentation is evidently made by the Queen and her son, since they were at Hereford on Nov. 14, and the fugitive King was not captured in S. Wales until Nov. 16.

D. 1325. etc. Quia per confessionem religiosi viri, fratris Ricardi de Panely, preceptoris Hospitalis de Dunemore, nobis constat quod domina Burga, relicta domini Ricardi de Harleye, militis, defuncti, dicto preceptori de omnibus bonis que quondam fuerunt ordinis milicie Templi per ipsam occupatis et retentis, plenarie, prout debuit, satisfecit, vobis committimus et mandamus quatinus ipsam Burgam a quibuscunque sentenciis excommunicacionis et interdicti contra occupatores et illicitos detentores bonorum hujusmodi promulgatis, in forma juris absolvatis. Datum . . . .[1]

D 1324 *May 26.—William de Irby has appealed to the Court of Canterbury against the excommunication pronounced against him for the outrage at Ross. The Bishop acknowledges the receipt of the mandate of the Court, summoning him to appear before it.*

Certificatorium suggestionis W. de Irby, continens eandem suggestionem.—Reverendo et discreto viro, domino Officiali Curie Cantuariensis, ejusve commissario, cuicunque dicte Curie presidenti, Adam, etc., revenciam debitam cum honore. Mandatum vestrum xix° die mensis Maii recepimus in hec verba :—Venerabili in Christo patri, domino Ade, etc., Officialis Curie Cantuariensis salutem cum reverencia et honore debitis tanto patri. Ex parte fratris Willelmi de Irby, Prioris ecclesie Conventus sancti Guthlaci, Herefordie, nobis extitit intimatum quod cum nuper per Abbatem Monasterii Vallis Crucis, Assavensis diocesis, auctoritate apostolica et sufficienti sibi in hac parte concessa fungentem, fuisset eidem fratri Willelmo firmiter injunctum et per suas litteras demandatum ut idem frater Willelmus quandam sentenciam majoris excommunicacionis in vos per eundem Abbatem auctoritate apostolica ad instanciam cujusdam magistri Johannis de Brunsope dudum latam in certis ecclesiis vestre diocesis publicaret, ac vos sic excommunicatum fuisse et esse publice nunciaret, idem frater Willelmus, cui sufficienter constitit de auctoritate premissa, in vestra diocesi tunc existens, dicti Abbatis mandato in hac parte immo verius apostolico sibi directo tanquam filius obediencie volens, prout tenebatur, humiliter obedire, ad ecclesiam de Ros, vestre diocesis, tempore congruo accessit, ut hujusmodi mandatum ibidem exequeretur, prout sibi injunctum fuerit et mandatum, set vos post provocacionem per partem dicti Prioris, metuentis sibi ex causis probabilibus et verisimilibus conjecturis et sibi adherentibus grave posse prejudicium

1—The entry is unfinished.

A.D. 1324. generari in futuro, ne vos seu quivis alius vestra auctoritate seu mandato in ipsius seu adherencium prejudicium quicquam attemptaretis seu attemptaret, faceretis seu faceret aliqualiter attemptari, ad Sedem Apostolicam et pro tuicione Curie Cantuariensis palam et publice ac legitime interpositam, ac vobis sufficienter notificatam, in eundem fratrem Willelmum vobis immediate non subjectum, prefatum mandatum in eadem ecclesia tempore competenti in forma juris exequi satagentem, non monitum, non confessum, non convictum, nec per contumaciam absentem absque causa racionabili, et contra statuta concilii generalis majoris excommunicacionis sentenciam fulminastis, et ipsum sic excommunicatum fore denunciare publice demandastis et fecistis, in ipsius fratris Willelmi de Irby prejudicium non modicum et gravamen. Unde ex parte ejusdem
Fol. 81b. sencientis se ex hiis et eorum quolibet per vos indebite pregravari ad dictas Sedem et Curiam extitit, ut asserit, legitime appellatum. Quare vobis cum ea qua decet reverencia inhibemus, et per vos omnibus et singulis quibus jus exigit inhiberi volumus et mandamus ne, pendente in Curia Cantuariensi hujusmodi tuitorie appellacionis negocio, quicquam hac occasione in dicte partis appellantis prejudicium attemptetis vel attemptent, faciatis aut faciant aliqualiter attemptari quominus liberam habeat appellacionis sue prosecucionem, prout justum fuerit utriusque. Tenore eciam presencium peremptorie vos citamus quod compareatis coram nobis vel nostro Commissario in ecclesia beate Marie de Aldermarichirche, Londoniis, vj° die juridico post festum sancte Trinitatis in dicto tuitorie appellacionis negocio processurus, facturus, et recepturus, quod justitia suadebit. De die vero recepcionis presencium, et quid in premissis, etc. Datum Londoniis, iiij° Id. Maii, anno Domini M°CCC°xxiiij°. Cui quidem mandato vestro paruimus et parere volumus, prout decet. Datum Herefordie, xxvj° die mensis Maii, anno Domini supradicto.

May 18.—Hugh de Engolisma, the Papal Nuncio in England, demands from the Bishop the arrears of Peter's pence. If not paid before June 24, ingress to the Church is forbidden to him.

Mandatum pro denariis beati Petri levandis, receptum xx° die mensis Maii.—Reverendo in Christo patri, domino Herefordensi Episcopo, Hugo de Engolisma, Sacrista Narbonensis, domini nostri Pape et Sedis Apostolice in Anglia, Scotia, Wallia, et

A.D. 1324. Hibernia nuncius, salutem in Illo qui est omnium vera salus. Cum per nostras patentes litteras alias super hiis sufficienter monuerimus ut denarios beati Petri per vos de diocesi vestra debitos nobis nomine Romane ecclesie solveretis seu solvi faceretis, et hoc nequaquam duxeritis faciendum, nos id differre sine prejudicio camere domini nostri Pape ac gravis reprehensionis nostre discrimine amplius non valentes, iccirco in virtute obediencie, qua Sedi Apostolice tenemini, auctoritate apostolica nobis in hac parte commissa, cum reverencia tamen qua decet, vobis firmiter injungendo mandamus ac tenore presencium, una canonica monicione premissa pro omnibus, peremptorie vos monemus quatinus infra instans festum Nativitatis beati Johannis Baptiste nobis solvatis seu solvi faciatis nomine dicte Romane ecclesie in domo quam inhabitamus Londoniis in vico de Lumbardestrete, denarios beati Petri per vos debitos in diocesi vestra predicta, de tempore quo cessatum est in solucione ipsorum, alioquin vobis predicta canonica monicione exnunc prout extunc in hiis scriptis ingressum ecclesie interdicimus per presentes. De die vero recepcionis presencium, et quicquid in premissis duxeritis faciendum, nos citra dictum festum per vestras patentes litteras harum seriem continentes curetis reddere cerciores, sciturі quod de presentacione presencium vobis facta fidem dabimus nuncio nostro jurato, latori earundem. Datum Londoniis, die xviij° mensis Maii, anno Domini M°CCC°xxiiij°.

June 15.—Ralph de Beke, claiming to have been presented to the Church of Munslow by the patron, has appealed to the Court of Canterbury, because the Bishop, at the instigation of William de Ludlow, refuses to institute him. The Bishop acknowledges the receipt of the mandate of the Court, summoning William de Ludlow to appear before it.

Certificatorium suggestionis Radulphi Beke, presentati ad ecclesiam de Monselowe, recepte Herefordie ij° die mensis Junii.—Reverendo et discreto viro, domino Officiali, etc., Adam, etc. Mandatum vestrum ij° die mensis Junii recepimus continens hunc tenorem :—Venerabili in Christo patri, domino Ade, etc., Officialis Curie Cantuariensis salutem cum reverencia et honore debitis tanto patri. Ex parte Radulphi de Beke, clerici, nobis extitit intimatum quod licet idem dominus Radulphus ad ecclesiam de Monselowe, vestre diocesis, vacantem per verum ejusdem ecclesie patronum, et in possessione presentandi ad eandem bona fide existentem, vobis loci diocesano fuisset et sit canonice presentatus,

A.D. 1324. inquisicioque ad mandatum vestrum super vacacione dicte ecclesie et aliis articulis debitis et consuetis, prout moris est, rite et legitime facta pro dicto sufficienter fecisset et faciat presentato, nihilque sibi obviaret aut obviet de canonicis institutis quominus ad dictam ecclesiam admitti deberet et Rector institui in eadem, vos tamen ad instanciam seu opposicionem injustam magistri Willelmi de Lodelowe, qui nihil juris in dicta ecclesia habet aliqualiter vel ad eam, prefatum dominum Radulphum ad dictam ecclesiam admittere, et Rectorem in eadem instituere, ac cetera que vestro incumbebant officio in hac parte peragere non curastis, quin potius recusastis, seu plus debito distulistis minus juste, licet fuissetis ex parte dicti Radulphi sepius et congrue requisiti, in ipsius prejudicium non modicum et gravamen. Unde ex parte ejusdem Radulphi, sencientis se ex hoc per vos indebite pregravari, ad Curiam Cantuariensem extitit, ut asseritur, legitime appellatum. Quare vobis cum ea qua decet reverencia inhibemus, et per vos omnibus et singulis quibus jus exigit inhiberi volumus et mandamus, ne, pendente in Curia Cantuariensi hujusmodi appellacionis causa, quicquam hac occasione in dicte partis appellantis prejudicium attemptetis vel attemptent, faciatis aut faciant aliqualiter attemptari, quominus eidem parti appellanti libera pateat suam appellacionem hujusmodi prosequendi facultas. Citetis eciam seu citari faciatis peremptorie dictum magistrum Willelmum de Lode-
Fol. 82. lowe, partem, ut premittitur, appellatam quod compareat coram nobis vel nostro Commissario in ecclesia beate Marie de Aldermarichirche, Londoniis, quinto die juridico post festum sancti Botulphi, in dicta appellacionis causa processurus, facturus, et recepturus quod justicia suadebit. De die vero recepcionis presencium, etc. Datum Londoniis, iij° Kal. Junii, anno Domini M°CCC°xxiiij°. Cui quidem mandato vestro paruimus, prout decet. Datum apud Wormesleye, xv° die mensis Junii, anno Domini supradicto.

May 26.—William de Ludlow, claiming to have been presented to the Church of Munslow by John de Hastings, the patron, has appealed to the Court of Canterbury. The Bishop acknowledges the receipt of the mandate of the Court summoning him to appear before it.

Certificatorium suggestionis magistri Willelmi de Lodelowe, presentati ad ecclesiam de Monselowe, recepte ij° die

A.D 1324. MENSIS JUNII APUD HEREFORDIAM.—Reverendo et discreto viro, domino Officiali, etc. Adam, etc. Mandatum vestrum ij° die mensis Junii recepimus in hec verba:—Venerabili in Christo patri, domino Ade, etc. Officialis Curie Cantuariensis salutem, etc. Ex parte magistri Willelmi de Lodelowe, clerici, nobis extitit intimatum quod cum idem magister Willelmus ad ecclesiam parochialem de Monselowe, vestre diocesis, vacantem, per nobilem virum, dominum Johannem de Hastyngge, militem, verum ipsius ecclesie patronum, et in possessione presentandi ad eandem bona fide existentem, vobis loci diocesano fuisset et sit canonice presentatus, inquisicioque super vacacione dicte ecclesie et aliis articulis debitis et consuetis ad mandatum vestrum, prout moris est, rite et legitime facta pro eodem sufficienter fecisset et faciat presentato, nihilque sibi obviaret aut obviet de canonicis institutis quominus ad dictam ecclesiam admitti deberet, et Rector institui in eadem, vos prefatum magistrum W. ad dictam ecclesiam admittere, et Rectorem in eadem canonice instituere, ac cetera que vestro in hac parte incumbebant officio peragere non curastis, quin potius recusastis, seu plus debito distulistis minus juste, pluries et cum instancia debita super hoc requisiti, in ipsius magistri Willelmi prejudicium, dampnum non modicum, et gravamen. Unde ex parte ejusdem, sencientis se ex hoc indebite pregravari, ad Curiam Cantuariensem extitit, ut asseritur, legitime appellatum. Quare vobis cum ea qua decet reverencia inhibemus, et per vos omnibus et singulis quibus jus exigit inhiberi volumus et mandamus, ne, pendente in Curia Cantuariensi hujusmodi appellacionis causa, quicquam hac occasione in dicte partis appellantis prejudicium, attemptetis vel attemptent, faciatis aut faciant aliqualiter attemptari, quominus eidem parti appellanti libera pateat suam appellacionem hujusmodi prosequendi facultas. Tenore eciam presencium peremptorie vos citamus quod compareatis coram nobis vel nostro Commissario in ecclesia beate Marie de Aldermarichirche, Londoniis. vj° die juridico post festum sancte Trinitatis in dicta appellacionis causa processurus, facturus, et recepturus quod justicia suadebit. De die vero recepcionis, etc. Datum Londoniis, vij° Kal. Junii, anno Domini M°CCC°xxiiij°.

A.D. 1324. *June 16.—The Bishop writes to Hugh de Engolisma, sending £20 of the arrears of Peter's pence, and begging that more time may be allowed for collecting the residue.*

Certificatorium mandati pro denariis beati Petri levandis recepti, ut supra.—Venerabili et approbate prudencie viro, domino Hugoni de Engolisma, sacriste Narboniensi, domini nostri Pape et Sedis Apostolice in Anglia, Scotia, Wallia, et Hibernia nuncio, Adam, etc., quicquid potest reverencie et honoris. Mandatum vestrum xxv° die mensis Maii recepimus continens hunc tenorum:—
Fol. 82b. Reverendo in Christo patri, etc., ut retro in proximo folio. Hujusmodi igitur auctoritate mandati Archidiaconos Herefordensem et Salopsire, collectores dictorum denariorum in nostra diocesi moneri fecimus, sub penis gravibus et censuris, ut hujusmodi denarios ab ipsis collectos nobis solverent, ut tenentur, qui ob paupertatem locorum et personarum in quibus et a quibus exigi solent denarii memorati, tum per animalium pestilenciam, tum per depredacionem bonorum quam notorie passi sunt multipliciter modernis temporibus accidentem, prefatos denarios nondum plenarie contingere potuerunt; viginti tamen libras ab eis receptas in partem solucionis mittimus secundum tenorem dicti vestri mandati per latorem presencium vobis Londoniis persolvendas, humiliter implorantes quatinus premissis benigna consideracione pensatis, statui nostro variis incommodis temporalibus jam depresso, pio compacientes affectu, prefatam interdicti sentenciam in nos latam misericorditer relaxare et ad solvendum residuum dicti debiti ulteriorem dilacionem concedere dignemini de gracia speciali. Datum apud Wormesleye, xvj° die mensis Junii, anno Domini supradicto.

June 16.—The Bishop commissions Stephen de Ledbury and Richard de Vernon to inquire into the charges against Stephen of Withington, imprisoned in the Bishop's prison.

Commissio pro liberacione Stephani de Wythyntone, clerici, in carcere domini.—Adam, etc., venerabilibus viris, filiisque in Christo dilectis, magistris Stephano de Ledebury, decano, et Ricardo de Vernoun, canonico nostre ecclesie Herefordensis, salutem, etc. Ex parte Stephani, filii Ricardi de Wythyntone de Hereford, clerici, qui nuper super quibusdam criminibus sibi, ut dicitur, falso impositis coram judice seculari de facto convictus, ob hoc in nostra carcerali custodia detinetur, nobis fuit humiliter supplicatum quod, cum ipse minime commiserit crimina supradicta, ad

A.D. 1324. indicendum eidem propter conviccionem hujusmodi diffamato purgacionem canonicam quam se prestare posse asserit in forma juris procedere curaremus. Nos autem, volentes juris ordinem qui in hac parte requiritur observare, vobis conjunctim et divisim committimus et mandamus quatinus per viros fidedignos, qui dicti Stephani vitam et conversacionem agnoscant, de fama ipsius et veritate premissorum inquiratis diligencius veritatem. Et quid per eandem inquisicionem inveneritis, etc. Datum apud Wormesleye, xvj° die mensis Junii, anno Domini M°CCC°xxiiij°, etc.

June 18.—Dispensation granted to Henry of Burghill, who had obtained Holy Orders on a false title.

Dispensacio pro Henrico, filio Henrici de Burghulle, ordinato per falsum titulum.—Memorandum quod xviij° die mensis Junii, anno, etc., xxiiij° apud Wormesleye, dominus dispensavit cum domino Henrico, filio Henrici de Burghulle, presbitero, super eo quod fuerat ordinatus juxta falsum et fictum titulum, auctoritate litterarum penitenciarii domini Pape sibi in hac parte directarum, quarum tenor talis est:—Venerabili in Christo patri, Dei gracia Episcopo Herefordensi, vel ejus vicario in spiritualibus, Gaucelinus, miseracione divina tituli sanctorum Marcellini et Petri presbiter Cardinalis, salutem et sinceram in domino caritatem. Quia nobis Henricus, filius Henrici Hosberti de Burghulle, presbiter vestre diocesis, lator presencium, peticione monstravit quod cum olim vellet ad sacros ordines promoveri, et sufficientem titulum non haberet, quendam falsum seu fictum titulum sibi fabricari fecit, pretextu cujus se fecit alias tamen rite per omnia ad omnes sacros ordines promoveri, et in ipsis non in contemptum clavium sepius ministravit, et alias immiscuit se divinis, ac insuper coram examinatoribus diocesani sui juravit verum et legitimum titulum se habere, cognita tandem culpa et apertis intelligencie oculis, supplicavit humiliter sibi super hiis per Sedem Apostolicam misericorditer provideri. Nos igitur auctoritate domini Pape, cujus penitenciarie curam gerimus, ipsum presbiterum ad vos duximus remittendum, vestre circumspeccioni auctoritate committentes eadem, quatinus injuncta inde sibi absolucione previa ab excessu hujus-
Fol. 83. modi et a reatu perjurii penitencia salutari, et aliis que ei fuerint injungenda, eoque ad tempus, prout expedire videritis, a suorum ordinum sic susceptorum execucione suspenso, demum suffragantibus ei meritis, alioque non obstante canonico, super execucione

A.D. 1324. ipsorum ordinum dispensetis misericorditer cum eodem. Datum Avinione, iij° Non. Maii, Pontificatus domini Johannis Pape XXII anno octavo.

June 21.—The Dean of Arches writes that William de Ludlow may be instituted to the Church of Munslow.[1]

Remissio Curie Cantuariensis pro presentato ad ecclesiam de Monselowe, recepta apud Wormesleye, xxvj° die mensis Junii.—Venerabili in Christo patri, domino A., etc., Decanus ecclesie beate Marie de Arcubus, Londoniis, Officialis Curie Cantuariensis Commissarius Generalis, salutem cum reverencia et honore debitis tanto patri. Cum nos in causa appellacionis directe, que in dicta Curia verti sperabatur inter magistrum Willelmum de Lodelowe ad ecclesiam de Lodelowe, vestre diocesis, ut dicitur, presentatum, partem, ut suggerebatur, appellantam ex parte una, et vos partem appellatam ex parte altera, legitime procedentes, dictam partem appellantem de consensu suo expresso ad examen vestrum duximus remittendam, tenore presencium vobis intimamus quod inhibicione quacunque, sub data Londoniis, vij° Kal. Junii, anno Domini M°CCC°xxiiij°, a Curia Cantuariensi in hac parte impetrata et vobis directa, non obstante, libere poteritis exequi quod est vestrum. Datum Londoniis, xi° Kal. Julii, anno Domini supradicto.

July 19.—The Bishop commissions William de Fownhope to institute and induct those presented to vacant benefices during his absence from the Diocese.

Commissio facta magistro Willelmo de Fowehope ad instituendum presentatos.—Adam, etc., dilecto filio magistro W. de Fowehope, Rectori ecclesie de Westbury, salutem, etc. Ad recipiendum presentaciones beneficiorum ecclesiasticorum cum cura vel sine cura vacancium in nostra diocesi nobis factas, et ad inquirendum, ut moris est, super vacacione eorundem, et aliis articulis debitis et consuetis, necnon ad canonice instituendum presentatos ad beneficia hujusmodi in eisdem, et inducendum seu induci faciendum in corporalem possessionem eorundem, ac eciam juramentum de canonica obediencia admittendum, tibi, nobis extra dictam diocesim nostram agentibus, committimus vices nostras cum canonice coercionis potestate, quousque easdem duxerimus revocandas. In cujus

1—The Bishop instituted him on June 26. See appendix.

A.D. 1322. rei, etc. Datum apud Stane, xix° die mensis Julii, anno Domini M°CCC°xxiiij°.

July 31.—The Dean of Arches dismisses the appeal of William de Irby against his excommunication by the Bishop.

Dimissio Curie Cantuariensis in causa contra W. Irby.—Venerabili in Christo patri, domino Ade, etc., Decanus ecclesie beate Marie de Arcubus, Londoniis, domini Officialis Curie Cantuariensis Commissarius Generalis, salutem et tanto patri reverenciam debitam cum honore. Cum nos in negocio tuitorie appellacionis, quod in Curia vertebatur antedicta inter religiosum virum, fratrem Willelmum de Irby, priorem prioratus ecclesie Conventualis sancti Guthlaci Herefordie se pretendentem, partem, ut suggerebatur, appellantem ex parte una, et vos partem appellatam, ex altera, legitime procedentes, vos pro eo quod pars appellans antedicta suam appellacionem in hac parte suggestam, prout debuit, non probavit ab examine dicte Curie merito duximus dimittendos, paternitati vestre reverende tenore presencium intimamus quod, non obstante quacunque inhibicione vobis sub data Londoniis, iiij° Id. Maii, anno Domini M°CCC°xxiiij° facta, quomodolibet in hac parte libere poteritis exequi quod est vestrum. Datum Londoniis, pridie Kal. Augusti, anno Domini supradicto.

Aug. 2.—The Bishop instructs the Dean of Hereford to proclaim in the Cathedral, and in all the Churches of the Deanery, the sentence of excommunication against William de Irby; warning also certain of his friends against holding intercourse with him.

Fol. 83b. Denunciacio excommunicacionis contra W. de Irby facta post dimissionem Curie Cantuariensis.—Adam, etc., dilecto filio, Decano nostre ecclesie Herefordensis, salutem, etc. Quia Willelmus de Irby, monachus, qui se gerit pro priore prioratus ecclesie Conventualis sancti Guthlaci Herefordie, dudum a nobis pro gravi, sacrilega, et manifesta offensa majoris excommunicacionis sentencia legitime innodatus, ab examine Curie Cantuariensis, ad quam se pretenderat appellasse, ipso suggescionem suam falsam non probante, exigente justicia, merito est dimissus, et in prefata excommunicacionis sentencia adhuc perseverat, animo indurato, vobis in virtute obediencie firmiter injungendo mandamus quatinus dictum Willelmum, tam in ecclesia nostra cathedrali quam in dicta ecclesia

A.D. 1324. sancti Guthlaci Conventuali, necnon et in cunctis ecclesiis decanatus vestri, singulis diebus Dominicis et festivis in processionibus et intra missarum solempnia, quando major aderit populi multitudo, erecta cruce, candelis accensis et extinctis, campanis pulsatis, prout moris est, sic excommunicatum publice et solempniter nuncietis seu faciatis consimiliter publice nunciari, donec a nobis aliud habueritis in mandatis. Moneatis insuper seu moneri faciatis publice et nominatim sub pena canonica Adam Halfnaked, Willelmum de Aylestone, Ricardum de Scholle, Johannem de Dene, Willelmum de Brugge, clericum, et omnes alios quos cum eo communicantes inveneritis in casu a jure non permisso; de quibus mandamus per vos in virtute obediencie inquisicionem fieri diligentem, ut ab ipsius communione funesta et periculosa abstineant et desistant, ipsum nisi in casibus a jure premissis arcius evitando. De die recepcionis presencium et quid in premissis, etc. Datum apud Wodecride, ij° die Augusti, anno Domini M°CCC°xxiiij°.

Aug. 2.—The Bishop of Hereford asks the Bishop of Worcester to cause the sentence against William de Irby to be published in the Churches of Gloucester.

Littera missa domino Wygorniensi Episcopo pro denunciacione sentencie predicte contra dictum W. de Irby.—Venerabili in Christo patri et domino, domino Thome, Dei gracia Wygorniensi Episcopo, Adam, etc., quicquid potest obsequii, reverencie, et honoris. Quia Willelmus de Ireby, monachus Gloucestrie, qui se gerit pro priore, etc., *ut supra usque ibi* "animo indurato." Paternitatem vestram mutue vicissitudinis optentu requirimus et rogamus quatinus prefatam excommunicacionis sentenciam in Monasterio beati Petri ac aliis ecclesiis Gloucestrie et alibi, ubi videbitur expedire, dignemini solempniter facere publicari, ipsamque contra dictum monachum in sua obstinacione dampnabiliter perseverantem secundum juris exigenciam velitis eciam aggravare, ut ex hoc rubore suffusus, ad sancte matris ecclesie gremium cicius revertatur. Datum apud Wodecride, die quo supra in proximo.

Private letter sent with the above by the hand of William Russell, begging the Bishop of Worcester's help against the adversaries of the Church.

Littera clausa directa eidem.—Reverendo domino suo quicquid potest obsequii, reverencie, et honoris. Exhibita nobis

A D. 1324. tociens vestre caritatis fervide suffragia nos inducunt ut contra nostros et ecclesie nostre adversarios in sua precipue malicia obstinatos, paterni zeli subsidium fiducialiter imploremus. Hinc est quod cum devota graciarum accione et supplici recommendacione, dilectum socium nostrum, magistrum W. Russel, ad vestram venerabilem presenciam destinamus, humiliter supplicantes quatinus, in hiis que ex parte nostra racionabiliter postulabit, ipsum benigne dignemini exaudire, et sibi credere, nobisque prompto animo vestris mandatis et beneplacitis parituro precipere nunc et semper. Altissimus, etc.

Aug. 17.—The Bishop, since William de Irby has come to him in London asking for absolution, commissions Thomas de Chaundos, Richard Vernon, Nicholas de Ludlow, and William de Fownhope, together with the Dean of Ross, to act for him in the matter.

Commissio ad absolvendum W. de Ireby a sentencia supradicta.—Adam, etc., dilectis filiis, magistris Thome de Chaundos, Archidiacono Herefordensi, Ricardo de Vernoun, juris canonici professori et ecclesie nostre Herefordensis canonico, ac magistro N. de Lodelowe, canonico Dublinensi, necnon magistro W. de Fowehope, Rectori ecclesie de Westbury, et Decano de Ros salutem, etc. Accedens ad nos Londoniis, Willelmus de Irby, monachus Gloucestrie, qui se gerit pro Priore ecclesie Conventualis sancti Guthlaci, Herefordie, quem dudum canonica monicione premissa pro diversis calumpniis, contumeliis, et injuriis atrocibus, ac multiplici offensa notoria et manifesta Deo et ecclesie sue sancte, ac nobis in ecclesia parochiali de Ros, ad quam causa visitacionis declinavimus, sacra misse misteria in pontificalibus solempniter celebrantibus, astante cleri et populi multitudine, ab ipso notorie irrogatis, per quas divinum pariter et nostre visitacionis officium temerariis ausibus multipliciter perturbavit, sedicionem in ipsa ecclesia excitando, conclamacionem movendo, et impetum committendo, majoris excommunicacionis sentencia legitime innodavimus, et ipsum sic excommunicatum fecimus solempniter et publice nunciari, munus absolucionis per nos sibi impendi ab hujusmodi excommunicacionis sentencia postulavit. Cum igitur sancta Mater Ecclesia nulli claudat gremium redeunti, nos, de vestra circumspeccione et industria plenam in domino fiduciam obtinentes, ad absolvendum in forma juris prefatum monachum a sentencia
Fol. 84. supradicta, recepto secundum morem ecclesie juramento, ac refusis

A.D. 1324. primitus expensis, prestita emenda sufficienti et congrua, prout dictant canonice sancciones, ad injungendum eciam sibi pro hujusmodi excessibus penitenciam salutarem quam sibi imponi volumus sub debito prestiti juramenti et pena retrusionis in eandem excommunicacionis sentenciam qua, ut premittitur, meruit innodari, necnon ad omnia alia facienda et exequenda que in premissis necessaria fuerint, vobis conjunctim committimus vices nostras cum coercionis canonice potestate. Non est tamen intencionis nostre quod circa sentenciam excommunicacionis a canone latam, quam dudum dictum monachum rite et legitime declaravimus incurrisse, et ob hoc ipsum a canone sic excommunicatum fecimus publice et solempniter nunciari, cum ejus absolucio Sedi sit Apostolice reservata, per commissionem nostram aliquid innovetur. Quod si non omnes vos premissis exequendis personaliter potueritis interesse, duo vestrum unacum prefato domino Archidiacono vel dicto magistro Ricardo, ita quod alter eorum sit tercius, ea nihilominus exequantur. In cujus rei, etc. Datum Londoniis, xvij° die mensis Augusti, anno Domini M°CCC°xxiiij°.

Nov. 12.—William de Fowuhope and the Dean of Ross being absent, the execution of the above commission was delayed. William de Irby again appeals to the Court of Canterbury, and the Bishop, admonished by the Court, instructs Thomas de Chandos, Richard de Vernon, and Nicholas de Ludlow, to act alone, and at once.

Item alia Commissio super eodem.—Adam, etc., dilectis filiis, magistris Thome de Chaundos, Archidiacono Herefordensi, Ricardo de Vernoun, juris canonici professori et ecclesie nostre Herefordensis canonico, ac magistro Nicholao de Lodelawe, canonico Dublinensi, salutem, etc. Mandatum venerabilis viri, domini Officialis Curie Cantuariensis, recepimus in hec verba :—Venerabili in Christo patri, domino Ade, etc. Officialis Curie Cantuariensis salutem cum reverencia et honore debitis tanto patri. Querelam fratris Willelmi de Irby, Prioris sancti Guthlaci, Herefordie, gravem recepimus continentem quod vos in dictum fratrem W. non monitum, non convictum, non confessum, absque causa racionabili et contra statuta concilii generalis majoris excommunicacionis sentenciam fulminastis, et ipsum sic excommunicatum esse publice nunciastis, et per alios nunciari fecistis, et licet idem frater W. ad vos congruis loco et tempore competenter accedens in forma

A.D. 1324. juris, paratus in omnibus stare juri, ab hujusmodi sentencia excommunicacionis beneficium absolucionis sibi impendi seu dictam sentenciam juxta juris exigenciam relaxari humiliter petivisset, vos tamen dictum W. sic petentem super hiis audire et justiciam facere non curastis, quin potius neglexistis, seu plus debito distulistis minus juste, in dicti fratris W. prejudicium, dampnum non modicum, et gravamen; propter quod pars ejusdem fratris W. ad nos accedens sibi super hoc de remedio provideri petiit oportuno. Nolentes igitur eidem in sua deesse justicia, sicuti nec debemus, vobis cum ea qua decet reverencia, auctoritate dicte Curie firmiter injungendo mandamus quatinus, si est ita, infra unius mensis spacium a tempore recepcionis presencium continue numerandi parti dicti fratris W. faciatis in premissis justicie complementum. Alioquin tenore presencium peremptorie vos citamus quod compareatis coram nobis vel nostro Commissario in ecclesia beate Marie de Aldermarichirche, Londoniis, quintodecimo die juridico post lapsum dicti mensis in hujusmodi querele negocio processuri, facturi, et recepturi quod justicia suadebit. De die vero recepcionis presencium, etc. Datum Londoniis, octavo Id. Novembris, anno Domini M°CCC°xxiiij°. Quocirca vobis committimus et mandamus quatinus, vocato dicto W. de Irby, in hujusmodi absolucionis negocio et ipsum tangentibus, secundum formam prioris commissionis nostre vobis in dicto negocio alias facte et retroacte in eodem, non expectata presencia magistri W. de Fowehope, Rectoris ecclesie de Westbury, seu Decani de Ros, in priori commissione nostra nominatorum, faciatis eidem Willelmo justicie complementum, cum continuacione et prorogacione dierum, ut de nostra diligencia constare valeat Curie antedicte. Quod si non omnes exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Datum Londoniis, die Dominica in festo sancti Martini, anno Domini supradicto, etc.

A.D. 1290. *Nov. 10.—Royal Brief instructing Richard Swinfield, Bishop of Hereford, to cite all beneficed clergy in his Diocese, who are in any way connected with the King of France, to appear before the Royal Council at Westminster.*[1]

Fol. 84b. Breve Regium.—Edwardus, etc., venerabili in Christo patri, R. eadem gracia Episcopo Herefordensi, salutem. Quibusdam de causis vobis mandamus quatinus omnes Decanos, Archidiaconos,

1—This order of King Edward I may have been entered here as having some bearing on the Bishop's trial before a secular court.

A.D. 1290. Prebendarios, Rectores ecclesiarum, Vicarios, et omnes alios hujusmodi beneficiatos in civitate et diocesi vestra Herefordensi de dominio, potestate, affinitate, seu confederacione Regis Francie existentes, venire faciatis coram Thesaurario et ceteris de Consilio nostro apud Westmonasterium ad certos dies, eis per vos juxta locorum distanciam et vestram discrecionem assignandos, audituri tunc ibidem super quibusdam eos contingentibus voluntatem nostram, ulteriusque facturi et recepturi quod de eodem consilio nostro tunc contigerit ordinari. Et dictos Thesaurarium et Consilium nostrum ibidem de nominibus omnium hujusmodi beneficiatorum, et eorum beneficiorum, necnon de diebus sic per vos eis assignandis ad eosdem diem et locum reddatis congrue sub sigillo vestro cerciores. Teste me ipso apud Westmonasterium, x° die Novembris, anno regni decimo octavo.

A.D. 1320. *Oct. 30.—The Archbishop of Canterbury laments the prevalence of perjury in the law-courts, and directs that notice be given in Churches that all perjured persons would be excommunicated, and the power of absolving them reserved to the Archbishop himself.*

Littera Archiepiscopi Cantuariensis directa Commissario suo Cantuariensi.—Walterus, etc. Quia ex perjuriis, que ex impunitate eorundem et dissimulacione dampnabili prelatorum per continuam actuum frequenciam quasi in assuetudinem deducta [sunt], nonnulla tam animarum quam personarum et rerum pericula in dies proveniunt et hactenus provenerunt, prout efficax rerum experiencia manifestat, ut hujusmodi igitur periculis viis quibus possumus occurrentes congruum in hiis remedium apponamus, vobis committimus et firmiter injungendo mandamus quatinus in singulis ecclesiis civitatis nostre et diocesis per singulos dies Dominicos et festivos quantocius subsequentes intra missarum solempnia auctoritate nostra publice inhibeatis seu per alios inhiberi faciatis ne quis in assisis, juratis inquisicionibus, aut factis aliis quibus requiritur juramentum, contra conscienciam de veritate ejus quod queritur informatam ullo modo dicat aut deponat sub quavis palliacione verborum aut colore quocunque quesito, reatum perjurii quomodolibet incurrendo; post quas quidem inhibiciones per tres vices solempniter sic factas per dies, ut premittitur, solempnes et festivos continue sequentes, omnes hujusmodi perjurii reos in ecclesiis ipsis in genere excommunicetis, et taliter excommunicatos

A.D. 1320. publice nuncietis vice nostra, absolvendi notatos eosdem tam ab excommunicacione quam perjurio eisdem nobis potestatem specialiter reservantes, et a quibuscunque nostris penitenciariis, sive religiosi fuerint sive seculares, absolvendi in hiis potestatem prorsus abdicantes et revocantes omnino, quas quidem reservacioncm et revocacionem sic factas, ut illud neminem latere valeat, modo consimili per vos volumus publicari, ab hujusmodi mandati execucione minime desistentes, quousque a nobis super hoc aliud receperitis in mandatis. Premissa vero eo notabilius per vos volumus exerceri, quo ad excitacionem domini nostri Anglorum Regis illustris, in pleno parliamento, fratribus et suffraganeis nostris singulis, Comitibus, Baronibus, et ceteris magnatibus presentibus, inter nos et nostros suffraganeos predictos taliter fore procedendum per singulas nostre provincie partes actum extitit, et expresse condictum. Datum apud Cantuariam, secundo Kal. Novembris, anno Domini millesimo CCC° vicesimo.

A.D. 1324. *Oct. 31.—The Bishop commissions William Russell, Rector of Westbury, to act for him in carrying out the provisions of an Apostolic mandate on behalf of William, the Chaplain of Pembridge.*

Fol. 85. Adam, etc., dilecto in Christo filio, magistro W. Russel,[1] Rectori ecclesie de Westbury, nostre diocesis, salutem, etc. Ad inquirendum diligenter super articulis in mandato apostolico pro dilecto filio, Willelmo le Chapeleyn de Penebrugge, nostre diocesis, nobis directo contentis tibi committimus vices nostras, etc., mandantes ut qualiter hoc nostrum mandatum fueris executus per te nobis fideliter rescribatur. Datum Londoniis, ultimo die Octobris, anno Domini M°CCC°xxiiij°, etc.

Nov. 24.—The Bishop sending to William de Fownhope a mandate of the Archbishop, enjoins him to use all diligence in executing it.

Adam, etc., dilecto in Christo filio, magistro Willelmo de Fowehope, Rectori ecclesie de Westbury, nostro commissario generali, salutem, etc. Nolentes quod circa execucionem mandati reverendi patris, domini Walteri, Dei gracia Cantuariensis Archiepiscopi, totius Anglie Primatis, quod presentibus est annexum, aliquid de contingentibus omittatur, tibi committimus et mandamus

1—Called W. Russell de Fownhope, p. 229.

A.D 1324. firmiter injungendo quatinus, ut debite execucioni efficaciter demandetur, promtam diligenciam et fidelem operam impendere non omittas. Datum Londoniis, xxiiij die mensis Novembris.

Fol. 85b. *Dec. 20.—Dispensation for illegitimacy granted to John de Hamenasch.*

Littera pro dispensacione.—Adam, etc., dilecto in Christo filio, Johanni de Hamenassche, clerico, salutem et benediccionem. Cum per inquisicionem legitimam ex fidedignorum testimonio nobis constiterit te moris honestate vigere, merita suffragentur ad dispensacionis graciam optinendam, tecum ut, defectu natalium quem pateris de soluto genitus et soluta non obstante, ad omnes ordines promoveri ac beneficium ecclesiasticum, eciam si curam habeat animarum, optinere licite valeas, auctoritate apostolica secundum formam litterarum nobis pro te directarum, quas penes te dimisimus, tenore presencium misericorditer dispensamus. In cujus rei, etc. Datum Herefordie, xx° die mensis Decembris, anno Domini M°CCC° vicesimo quarto, etc.

The Bishop commissions Thomas de Chandos, John de la Felde, and Thomas de Boleye, to act for him in the matter of Gilbert de Euledone, clerk, purging himself of the charges brought against him.

Littera pro deliberacione clerici G. de Euledene.—Adam, etc., dilectis in Christo filiis, magistris Thome de Chaundos, Archidiacono Herefordensi, domino Johanni de la Felde, nostre ecclesie Herefordensis canonico, et Thome de Boleye, Rectori ecclesie de Estenore, nostre diocesis, salutem, etc. Ex parte Gilberto de Euledone, clerici, super quibusdam criminibus sibi, ut dicitur, falso impositis irretiti coram judice seculari de facto convicti, et ob hoc in nostra carcerali custodia detenti nobis fuit[1] humiliter supplicatum quod, cum ipse minime commiserit crimina supradicta, ad inducendum eidem propter hujusmodi conviccionem diffamato purgacionem canonicam, quam ipse prestare posse asserit, in forma juris procedere curaremus. Nos igitur, juris ordinem qui in hujusmodi purgacione requiritur observantes, de fama ipsius et veritate premissorum fecimus diligenter inquiri, nec aliquid contra eum propositum vel probatum invenimus quod ejus purgacionem debeat impedire. Quocirca tenore presencium vobis committimus et mandamus quatinus denunciacionis proclamationibus consuetis et debitis

1—*Extitit* written above in MS.

A.D. 1324. primitus rite peractis, vice et auctoritate nostra ad ipsius purgacionem canonicam procedatis. Quod si omnes hiis exequendis non poteritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Datum apud Bathcote . . . .

A.D. 1325 *April 12.—The Bishop commissions the Dean of Ludlow to inquire into the life and character of Adam Bernard, clerk, accused of stealing two oxen at Bishop's Frome. On May 4, 1326, the Archdeacon of Hereford, John de la Felde, and William de Fownhope are commissioned to act for the Bishop in the matter of Adam Bernard purging himself.*

Item pro purgacione canonica Ade Bernard, clerici, incarcerati.—Adam, etc., Decano de Lodelowe salutem, etc. Ex parte Ade Bernard de Brincfelde, clerici, super crimine furti, videlicet, de surrepcione duorum boum apud Fromam Episcopi, sibi, ut dicitur, falso imposito, etc., ut supra. Nos autem, volentes juris ordinem qui in hac parte requiritur observare, tibi committimus et mandamus quatinus per viros fidedignos, qui dicti Ade vitam et conversacionem agnoscant, de fama ipsius et veritate premissorum inquiratis diligencius veritatem. Et quid per eandem inquisicionem etc. Datum Herefordie, xij° die mensis Aprilis, anno Domini M°CCC°xxv°, etc.

Et iiij° die mensis Maii, anno, etc., xxvj°[1] commisit dominus apud Scheningfeld vices suas ad procedendum ad purgacionem dicti Ade in forma suprascripta:—Archidiacono Herefordensi, domino J. de la Felde, canonico, et magistro W. de Fowehope, etc., mutatis mutandis.

Form of Letters of Orders (a) for a Candidate from the Bishop's own Diocese, (b) for one exhibiting Letters Dimissory from another Bishop.

Fol. 86 Tenore presencium pateat universis quod nos, A., etc., die Sabbati iiij° temporum in ebdomada Penticostes, anno Domini M°CCC° vicesimo iiij° in ecclesia parochiali de B., nostre diocesis, ordines celebrantes, dilectum in Christo filium, J. de B., acolitum, at titulum patrimonii sui in subdiaconum ordinavimus.

Vel sic:—J. de H., Lyncolniensis diocesis acolitum, litteras dimissorias sui diocesani nobis exhibentem de titulo patrimonii sui

1—One of the dates in this entry is almost certainly wrong. It is much more likely that one month rather than thirteen months intervened between the inquiry and the purging.

A.D. 1325. mencionem facientes expressam in subdiaconum canonice ordinavimus. In cujus, etc.

The Bishop of Salisbury threatens excommunication against any who should despoil the Church of Wootton Rivers of its tithes, or any part of them.

Rogerus, permissione, etc. Licet omnes et singuli ecclesias suo jure privantes et earundem libertates per maliciam et contra justiciam infringere vel perturbare eciam contendentes, majoris excommunicacionis sentencia in sanctorum Patrum constitucionibus proinde fulminata sint ipso facto ligati, ubi tria hominum genera excommunicacionis vinculo innodantur, auferentes videlicet ecclesiis sua jura, infringentes ecclesiasticas libertates, et sine fraccione contensiose turbantes easdem, quod, sicut in dictis constitucionibus expresse continetur, non solum intelligitur de generalibus libertatibus universalis ecclesie, verum eciam de specialibus tam temporalibus quam spiritualibus singularis ecclesie quibuscunque, necnon qui ecclesiam nostram Sarisburiensem, vel quascunque eidem ecclesie subjectas, decimis, obvencionibus, pascuis, libertatibus, et rebus quibuscunque in quarum possessione canonica existunt, pretermisso juris ordine propria auctoritate spoliare presumunt eciam majoris excommunicacionis sentencia innodantur, quidam tamen, ut accepimus, sue salutis immemores, quorum nomina ignoramus, ecclesiam de Woctone Rivers, dicte ecclesie nostre subjectam, decimis garbarum infra fines et limites et decimaciones parochie ipsius ecclesie de Woctone provenientibus, et ad eandem ecclesiam de jure communi spectantibus, in quarum et aliarum omnimodarum decimarum ibidem proveniencium possessione canonica eadem ecclesia et ipsius Rector nomine ejusdem ecclesie extiterunt et adhuc existunt, comminantur se velle in instanti autumpno minus provide magis fulti potencia seculari quam justicia spoliare. Volentes igitur subditorum nostrorum animarum saluti, ne, quod absit, sentencias incurrant predictas, quatinus tamen depossumus,[1] precavere ac indempnitati dicte ecclesie prospicere, ut tenemur, devocioni vestre conjunctim et divisim in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena firmiter injungendo committimus et mandamus quatinus comminantes, si qui sint, moneatis canonice, et efficaciter inducatis ut ab eadem presumpcione desistant, dictamque[2] ecclesiam et Rectorem possessione sua predicta gaudere

1—So in MS. 2—So In M.S. *dictos quod.*

A.D. 1325. permittant. Quod si vestris monicionibus hujusmodi parere contempserint, illos et quemcunque eorum ad id canonice per quascunque censuras ecclesiasticas et publicacionem earum solempnem, mediante justicia, compellatis, ad quod vobis, ut premittitur, conjunctim et divisim committimus tenore presencium vices nostras, etc. Volumus eciam in virtute sancte obediencie subditis decanatus predicti injungendo mandare[1] ut, cum per vos vel alterum vestrum premuniti fuerint, vobis assistant in execucione mandati nostri presentis. Quid autem feceritis, etc.

The Bishop of Salisbury threatens excommunication against any who should despoil the Church of Patney of anything belonging to it.

Fol. 86b. Rogerus, permissione, etc. Querelam W. de A.,[2] etc., recepimus continentem quod licet omnes illi qui ecclesias maliciose suo jure privare presumunt aut libertates earum infringere vel per maliciam perturbare contendunt, necnon qui ecclesiam nostram Sarisburiensem vel quascunque eidem subjectas dictis oblacionibus, pascuis, libertatibus, vel rebus quibuscunque, in quarum possessione canonica extiterunt, propria auctoritate spoliare presumunt aut eciam de domibus, maneriis, grangiis, vel aliis locis ad personas ecclesiasticas vel ad ipsas ecclesias pertinentibus accedentes quicquam preter voluntatem aut permissionem dominorum ipsorum vel eorum qui sunt in eis consistencium rerum custodie deputati consumere, auferre, vel contractare presumpserint, sint ipso facto majoris excommunicacionis sentenciis a sanctis Patribus contra hujusmodi malefactores fulminatis dampnabiliter innodati, quidam tamen iniquitatis filii, quorum ignorantur nomina et persone, eundem Rectorem per maliciam impediverunt quominus decimas ad ecclesiam suam spectantes per se et suos colligere, adunare, et in solo ecclesiastico reponere potuit, ut deberet, animaliaque sua in pastura ecclesie sue depascere, deducere juxta morem debitum et actenus usitatum, ac hujusmodi decimis, pasturis, pascuis, oblacionibus, et libertatibus ecclesiasticis, in quarum possessione canonica tam ipse quam predecessores sui ab antiquo ipsius ecclesie nomine extiterunt, temere spoliarunt. Hiis insuper maleficiis non contenti ad loca ecclesiastica ipsius Rectoris et ad ipsam ecclesiam suam spectancia accesserunt, et res suas ecclesiasticas in eisdem existentes contra voluntatem et permissionem ejusdem et eorum qui fuerunt hujus-

1—In MS. *mandamus.* 2—A. de B. in MS.

A.D. 1325. modi locorum et rerum custodes deputati abstulerunt, contractarunt, et eciam consumpserunt, sentencias majoris excommunicacionis contra hujusmodi malefactores, ut premittitur, sub [pena][1] incurrendo, in animarum suarum grande periculum, si sit ita, libertatisque ecclesiastice lesionem, et scandalum plurimorum. Quocirca devocioni vestre conjunctim et divisim committimus et mandamus quatinus malefactores hujusmodi, quorum nomina, ut premittitur, ignorantur, si qui sint, in genere dictas sentencias incurrisse et sic excommunicatos esse in ecclesia de Patene predicta, et vicinis, cum et ibi per partem dicti Rectoris fueritis congrue requisiti, diebus Dominicis et festivis intra missarum solempnia, cum major affuerit populi multitudo, cruce erecta, pulsatis campanis, candelis accensis et demum extinctis et in ipsorum vituperium in terram projectis, publice et solempniter denuncietis seu denunciare faciatis; inquirentes nichilominus de nominibus eorundem, et, si quos reos inveneritis in hac parte, citetis eosdem quod compareant in ecclesia nostra cathedrali Sarisburiensi coram Officiali nostro vel ejus Commissario, die Martis proximo post festum sancti Mathei Apostoli prefato Willelmo de Abendone super premissis et ea tangentibus de justicia responsuri, ulterius facturi, et recepturi quod justicia suadebit. Super hoc autem mandato dominum nostrum Regem, aut Reginam, vel ipsorum liberos nolumus aliqualiter comprehendi. Et quid feceritis, etc. Datum, etc.

The Bishop revokes a synodal statute which forbade the drinking feasts called scotalla, *and pronounced excommunication against those who took part in these gatherings. He does not, however, by this, wish to revoke the sentence against those who contravene the clause in the Charter of the Forest which forbids Foresters to organise* scotalla. *Furthermore, it is provided that no Church shall be let out* ad firmam *to a layman, or even to a clerk without the licence of the Bishop previously obtained.*

Adam, etc. Nostis, fili, et vestra discrecio noscere debet quod alma mater ecclesia nonnulla plerumque racionabiliter ordinat et consulit que suadente subjectorum utilitate postmodum consulcius et racionabilius revocat in meliusve convertat. Sane licet statutum quoddam sinodale in nostra diocesi fuisset salubriter editum per quod communes potaciones que scotalla fuerant et sunt vulgariter nuncupate prohibeantur expresse, lata majoris excommuni-

1—Space left in MS.

A.D. 1320. Col. 87. cacionis sentencia in contrarium facientes, quia tamen occasione hujusmodi sentencie novimus nimis note, experiencia optima rerum magistra docente, quam plura animarum suborta pericula, variaque discrimina in nostra predicta diocesi contigisse, et ex preteritis graviora multipliciter formidabantur, sicut et formidari poterant verisimiliter proventura, nos pro hujusmodi periculis et discriminibus evitandis, aliisque ceteris ex causis et legitimis id fieri suadentibus statutum predictum quoad hujusmodi dumtaxat latam in eo sententiam sinodali approbante consilio duximus revocandum excepcione[1] predicta quoad alia in dicto statuto contenta in suo robore duratura. Verum nostre intencionis nunquam extitit nec existit per hujusmodi revocacionem sentenciam excommunicacionis majoris in illos qui contra magnam cartam seu cartam de foresta in quocunque articulo earum venire, ac concessas in eis libertates et liberas consuetudines violare temere presumpserint proinde fulminatam in aliquo, licet plerique minus bene sencientes contrarium opinati fuerint, revocare, sicuti nec de jure potuimus nec valemus, utpote a sanctis Patribus, Archiepiscopis, et Episcopis Anglie congregatis tunc Londoniis solempniter dudum latam. In predicta carta de foresta hec clausula continetur:—"Nullus forestarius seu bedellus de certo faciat scotale vel colligat garbas, vel avenas, vel bladum, vel agnos, porcellos, vel aliquam collectam." Volentes igitur subditorum nostrorum animarum saluti prospicere et predictorum male opinancium errorem excludere pro viribus, ut tenemur, devocioni vestre firmiter injungendo mandamus quatinus omnia et singula suprascripta faciatis in vestris proxime celebrandis Capitulis per vos, vestrosve Commissarios, ac singulis ecclesiis et capellis parochialibus Archidiaconatus predicti per earum Rectores, vicarios, seu presbiteros parochiales, diebus Dominicis et festivis, et presertim in Quadragesima intra missarum solempnia, cum major parochianorum affuerit multitudo, curetis in lingua nostra materna clare et adeo intelligibiliter publicare quod nostri subditi cavere valeant ne sentenciam excommunicacionis incurrant predictam per nos, ut premisimus, minime revocatam, et si, quod absit, incurrent, adiciant eo citius, sicut appetimus, *Resurgat.* Ceterum diebus, locis, et cum solempnitate predictis, inhibere curetis ne qui subditorum nostrorum laicis ullo modo nec clericis sine nostra preoptenta licencia suas ecclesias dent ad firmam sub pena in Sanctorum Patrum constitucionibus contra facientes contrarium salubriter ordinata, quam procul dubio ab

1—In MS. *exhibicione.*

A.D. 1320. eisdem contravenientibus effectualiter faciemus levari, et nichilominus eosdem puniri veluti constitucionis hujusmodi contemptores, quodque blada sua ecclesiastica, dum tamen solum habeant ecclesiasticum, in laico feodo reponere non presument sub pena majoris excommunicacionis quam in contravenientes, si eorum exigat protervia, intendimus canonice fulminare. Has itaque nostras litteras in singulis predictarum ecclesiarum et capellarum missalibus seu libris aliis celerius quo fieri poterit comode scribi volumus per singulos rectores, vicarios, seu parochiales presbiteros earundem qui a nobis copiam sumant harum, ut sic oblivionis occasione revocata premissorum publicacio facienda annis singulis recenciorum memorie commendetur et effectualis peragatur, denunciantes eisdem quod super hujusmodi execucione in nostris visitacionibus faciemus diligenter inquiri, ac contemptores vel in hac parte desides graviter, suadente justicia, puniri. Ad hec in aliquibus suspensionis, excommunicacionis, vel interdicti sentenciis ab homine vel a jure latis eciam vel ferendis, seu in publicacione earum dominum nostrum [Regem], Reginam, et eorum liberos nolumus, quantum in nobis est, aliqualiter comprehendi. Quid autem feceritis, etc. Nomina eciam et cognomina contra vestram immo verius nostram hujusmodi inhibicionem veniencium volumus quociensque contravenerint nobis scribi, ut ulterius ad eorum punicionem taliter procedere valeamus quod eorum punicio ceteros simili subtrahat ab offensa.

A.D. 1326. *Jan. 3.—The Bishop of Salisbury commissions William Poul, Vicar of Winkfield, to sequestrate the goods of the Church of Shinfield, until the defects in the chancel and elsewhere are made good.*

Fol. 87b. Mandatum ad sequestrandum bona ecclesie de Schenyngfelde.—Rogerus, permissione divina Sarisburiensis Episcopus, dilecto filio, magistro Willelmo Poul, perpetuo vicario ecclesie de Wynckefelde, nostre diocesis, salutem, etc. Ad nostrum pervenit auditum, fama publica referente, quod in cancello ecclesie de Schenyngfelde, capelle ejusdem de Swalefelde, libris, vestimentis, ac aliis ornamentis earundem, necnon grangiis, domibus aliis, et clausuris ad dictas ecclesiam et capellam pertinentibus, notorii sunt defectus, quorum reparacioni nullus intendit. Volentes igitur indempnitati ipsarum ecclesie et capelle prospicere, ut tenemur, ac prout nostro pastorali incumbit officio hiis mederi, devocioni tue firmiter injungendo committimus et mandamus quatinus ad dictas ecclesiam et

A.D. 1326. capellam accedens personaliter, et defectus predictos visui supponens, eosdem, vocatis ad hec primitus evocandis, per viros fidedignos et juratos inquirendorum noticiam verisimiliter obtinentes, facias fideliter estimari, bona ecclesiastica ibidem existencia usque ad estimacionem hujusmodi sequestrans, et sub arto custodiens sequestro, quousque defectus hujusmodi congrue fuerint reformati, contradictores et sequestri tui violatores, si qui fuerint, per quascunque censuras ecclesiasticas, et publicacionem earum solempnem canonice compescendo. Quid autem feceritis, etc. Valete. Datum apud Poterne, iij° Non. Januarii, anno Domini M°CCC°xxv°, etc.

A.D. 1325 *Dec. 18.—The Bishop of Llandaff has complained to the Court of Canterbury that the tithes of all the assarts in the Forest of Dean belong to the Churches of Llandaff and Newland (appropriated to Llandaff); yet Ralph de Abenhall, who claims to be Rector of Bicknor, has seized certain of the tithes: and the Bishop of Hereford, when appealed to, has neglected to do justice in the matter. Acting on a mandate of the Court, the Bishop of Hereford (though he doubts whether such a complaint has really come from the Bishop of Llandaff) commissions William de Fownhope to settle the business at once.*

Mandatum pro querela Episcopi Landavensis contra Rectorem de Bikenore.—Adam, etc., discreto viro, filioque in Christo dilecto, magistro W. de Fowehope, Rectori ecclesie de Westbury, nostre diocesis, Commissario nostro in nostri Officialis absencia generali, salutem, etc. Mandatum venerabilis viri, domini Officialis Curie Cantuariensis xij° die mensis Decembris recepimus continens hunc tenorem :—Venerabili in Christo patri, domino Ade, etc., Officialis Curie Cantuariensis salutem, etc. Querelam venerabilis patris, domini J., Dei gracia Landavensis Episcopi, gravem recepimus continentem quod, cum omnes et omnimode decime de quibuscunque assartis imposterum assartandis infra forestam de Dene exeuntes qualitercunque provenientes, ad ecclesiam cathedralem Landavensem, et ecclesiam de Nova Terra, vestre diocesis, eidem ecclesie Landavensi canonice appropriatam pertinuissent et pertinere deberent, quidam Radulphus de Abbenhale pretendens se Rectorem de Bikenore, ejusdem vestre diocesis, per se et suos quasdam decimas de quibusdam infra forestam predictam provenientes injuste occupavit, occuparive mandavit, dictasque ecclesias Landavensem et de Nova Terra quibusdam decimis de assartis

A.D. 1324. aliquibus infra eandem forestam provenientibus spoliavit, spoliareve mandavit, seu occupacionem et spoliacionem hujusmodi nomine suo factas ratas habuit pariter et acceptas. Cumque pars ejusdem patris, domini Landavensis Episcopi, ad vos congruis loco et tempore accedens, et premissa vobis insinuans, a vobis cum justicia debita petivisset quod eundem Radulphum ad certos diem et locum coram vobis vel Commissario vestro, prefato domino Landavensi Episcopo super premissis de justicia responsurum faceretis ad judiciam evocari, vos partem ipsius sic petentem exaudire et justiciam sibi in hac parte debitam facere non curastis, set plus debito
Fol 88. distulistis. Unde pars ejusdem domini Landavensis Episcopi ad nos accedens sibi super hoc per nos de remedio provideri petiit oportuno. Nolentes igitur predicto patri in sua deesse justicia, sicuti nec debemus, vobis cum ea qua decet reverencia firmiter injungendo mandamus quatinus, si est ita, infra unius mensis spacium a tempore recepcionis presencium continue numerandi, cessante legitimo impedimento, predicto patri exhibeatis in hac parte justicie complementum. Alioquin citetis seu citari faciatis peremptorie predictum Radulphum, Rectorem de Bikenore, partem, ut premittitur, querelatam, quod compareat coram nobis vel nostro Commissario in ecclesia beate Marie de Aldermariechirche, Londoniis, decimo die juridico post lapsum dicti mensis in hujusmodi querele negocio juxta ipsius qualitatem et naturam processurus, facturus, et recepturus quod justicia suadebit. De die vero recepcionis, etc. Datum apud Bromleghe, viij° Idus Novembris, anno Domini M°CCC°xxv°. Licet igitur vix credere valeamus quod hujusmodi querela emanaverit de consciencia dicti Patris, cum nos sibi et omnibus de quibuscunque subjectis nostris conquerentibus parati continue fuerimus et simus in nostra Curia seu audiencia justiciam exhibere, et ad id vos in nostri Officialis absencia duxerimus deputandos, ex habundanti tamen vestram diligenciam excitando vobis committimus et mandamus quatinus vocatis partibus in prefato negocio juxta ipsius qualitatem et naturam prout justum fuerit procedatis, exhibentes dicto Patri in hac parte justicie complementum. Datum apud Schenyngfelde, xviij die mensis Decembris, anno Domini supradicto, etc.

A.D. 1326. *Jan. 30.—The Bishop certifies the Court of Canterbury that—though the Bishop of Llandaff had not brought the matter of the tithes of the Forest of Dean before him—he had summoned the Rector of Bicknor to appear and answer to the charges brought against him. But on the appointed day, the Rector being present, no representative of the Bishop of Llandaff appeared to prosecute the case.*

Certificatorium suprascripte querele Episcopi Landavensis.—Venerando et discreto viro, domino Officiali Curie Cantuariensis, ipsiusve Commissario cuicunque dicte Curie presidenti, Adam, etc., reverenciam cum honore. Mandatum vestrum vij° die mensis Decembris recepimus continens hunc tenorem :—Venerabili in Christo patri, etc. Licet igitur pars dicti patris ante recepcionem querele predicte pro justicia de qua conqueritur obtinenda erga nos, ut debuit, nullatenus institisset, volentes tamen mandato vestro parere, ut decet, predicto, post recepcionem ejusdem dictum Rectorem ad certos diem et locum prefato patri de supratacta justicia responsurum ad instanciam procuratoris ejusdem patris, dictum mandatum vestrum nobis tradentis, coram Commissario nostro fecimus competenter ad judicium evocari. Quibus die et loco dicto Rectore coram certo Commissario nostro in hac parte deputato legitime comparente, pars venerabilis patris supradicti juxta formam vocacionis predicte coram dicto Commissario nostro in hac parte comparere, prout debuit, non curavit, sicque dicto mandato vestro, quatinus tenebamur, paruimus, et certificando paremus reverenter, ut decet. Datum apud Schenyngfelde, xxx° die mensis Januarii, anno Domini supradicto.

A.D. 1324. *April 26.—The Bishop assigns the Canonical House lately held by Richard de Hamenasch to Thomas de Chandos, Archdeacon of Hereford.*

Fol. 88b. Collacio domorum ipsius.—Item memorandum quod xxvj° die mensis Aprilis, anno Domini M°CCC°xxiiij°, contulit dominus magistro Thome de Chaundos, Archidiacono Herefordensi, domos canonicales, quas dictus magister R.[1] inhabitare consuevit Herefordie per mortem ejusdem vacantes, scribens domino Johanni de la Felde, canonico Herefordensi, pro induccione ipsius.

1—*I.e.* Richard de Hamenasche, whose death is referred to in the preceding entry (for which see appendix).

A.D. 1324. *May 12.—The King prohibits the Bishop from admitting any person to the Church of Munslow, until the suit shall have been decided between John de Hastings and Robert Beke as to the advowson.*

Fol. 89. Prohibicio Regia pro ecclesia de Monselowe recepta Herefordie, iij° die mensis Junii.—Edwardus, Dei gracia Rex Anglie, Dominus Hibernie, et Dux Aquitanie, venerabili in Christo patri, Ade, etc., salutem. Prohibemus vobis ne admittatis personam ad ecclesiam de Moneslowe, que vacat, ut dicitur, et de cujus advocacione contencio mota est in Curia nostra inter Johannem de Hastinges et Robertum Beke, donec discussum fuerit in eadem Curia ad quem illorum pertineat ejusdem ecclesie advocacio. Teste me ipso apud Turrim Londoniensem, xij° die Maii, anno regni nostri xvij.°

June 21.—Royal Brief informing the Bishop that, by default of Robert Beke, John de Hastings has recovered the right of presenting to the Church of Munslow. The Bishop, therefore, may admit a fit person presented by John de Hastings.

Breve directum Episcopo pro eadem ecclesia de Monselowe ad admittendum ad eandem, receptum apud Wormesleye, xxvj° Junii.—Edwardus, etc., ut supra. Sciatis quod Johannes de Hastinges, in Curia nostra coram Justiciariis nostris apud Westmonasterium, recuperavit presentacionem suam versus Robertum de Beke ad ecclesiam de Monselowe per defaltam ipsius Roberti. Et ideo vobis mandamus quod non obstante reclamacione predicti Roberti ad presentacionem predicti Johannis ad predictam ecclesiam ydoneam personam admittatis. Teste W. de Bereforde, apud Westmonasterium, xxj° die Junii, anno regni nostri decimo septimo.

June 12.—Royal Brief commanding the Bishop to admit Robert Hereward to the prebend of Bartonsham, in the King's gift, since he held the temporalities of the Bishopric.

Breve directum Episcopo pro prebenda de Bertonesham, receptum apud Wormlsleye, xxij° die Junii.—Edwardus, etc., ut supra. Cum per litteras nostras patentes dederimus et concesserimus dilecto clerico nostro, Roberto Herewarde, prebendam de Bertonesham in ecclesia sancti Ethelberti, Herefordie, vacantem, et ad nostram donacionem spectantem, racione temporalium Episcopatus Herefordensis in manu nostra existencium, habendam cum suis juri-

A.D 1324 bus et pertinenciis quibuscunque, prout in litteris nostris predictis plenius continetur, vobis mandamus quod ipsum Robertum ad prebendam predictam admittatis, et ei stallum in choro et locum in Capitulo racione prebende predicte, prout moris est, assignari faciatis. Teste me ipso apud Westmonasterium, xij° die Junii, anno regni nostri xvij.°

A.D. 1325 *Mar. 22.—Roger de Chillington, chaplain, is instituted to a portion of the tithes of Gwyllon, on the presentation of Fulk de Pembridge.*

Memorandum quod xxij° die mensis Marcii, anno Domini M°CCC°xxiiij°, dominus Rogerus de Chyllyngtone, capellanus, institutus erat in porcionem decimarum de Gwyllon, et dominus sibi fecit litteras sub hac forma :—

Adam, etc., dilecto in Christo filio, domino Rogero Chilintone, capellano, salutem, etc. Porcionem decimarum de dominico Fulconis de Penebrugge de Gwillon ad presentacionem ejusdem Fulconis, veri patroni earum, tibi conferimus intuitu caritatis tuo perpetuo possidendam, jure nostro et nostre Herefordensis ecclesie semper salvo, etc.

April 12.—Ralph the Hermit admitted to be Prior of Titley.

Admissio Prioris de Tytteleye.—Memorandum quod xij° die mensis Aprilis, anno Domini M°CCC°xxv°, dominus admisit fratrem Radulphum le Heremite, monachum Monasterii de Tyronio, Carnotensis diocesis, ad presentacionem fratris Nicholai, Abbatis Monasterii ejusdem, ad Prioratum de Tytteleye, per resignacionem fratris Willelmi de Yllesiis, quondam Prioris ejusdem, vacantem, et super hoc sibi fecit litteras consuetas.

The Bishop commissions Gilbert de Middleton to absolve John de Toucester, who had carried off the Bishop's Register and other goods, but now promises restitution.[1]

Fol. 89b. Commissio ad absolvendum J. de Toucestria.—Adam, etc., dilecto in Christo filio, magistro Gilberto de Middeltone, nostre ecclesie Herefordensis canonico, salutem, etc. Ex parte Johannis de Toucestria nobis extitit humiliter supplicatum quod cum ipse

1—*Cf.* Introd., p. xxviii, note 1.

A.D. 1325. nuper existens in nostra diocesi Herefordensi, Deo, ecclesie nostre Herefordensi, et nobis multiplices injurias publice et notorie irrogaverit, registra nostra et ecclesie nostre ac quedam alia bona dicte ecclesie et nostra in locis sacris et domibus ad ipsa loca pertinentibus violenter asportando, asportarive faciendo, seu asportacionem ab aliis nomine suo factam ratam habendo, in derogacionem ecclesiastice libertatis, propter que sentencias majoris excommunicacionis a sanctis Patribus promulgatas ipso facto noscitur incurrisse, paratusque sit, ut asseritur, juxta possibilitatem suam de premissis, Deo, ecclesie, et nobis satisfacere, ut tenetur, beneficium absolucionis a sentenciis supradictis eidem impendere curaremus. Cum igitur sancta mater ecclesia nulli claudat gremium redeunti, nos de vestra circumspeccione et industria plenam in Domino fiduciam obtinentes, ad absolvendum in forma juris prefatum Johannem a sentenciis memoratis et ad injungendum eciam sibi pro hujusmodi excessibus penitenciam salutarem, vobis committimus vices nostras, etc. In cujus, etc. Datum Herefordie . . . .[1]

April 20.—The Bishop commissions Thomas de Chandos to institute and induct a fit person who should be presented to the Vicarage of Yarkhill.

Commissio ad instituendum vicarium de Yarkhulle.—Memorandum quod eisdem anno, die et loco,[2] dominus commisit vices suas Archidiacono Herefordensi ad instituendum et inducendum personam ydoneam presentandam ad vicariam de Yarkhulle sub hac forma:—Adam, etc., discreto viro filioque in Christo dilecto, magistro Thome de Chaundos, Archidiacono Herefordensi, salutem, etc. Ad admittendum personam ydoneam presentandam ad vicariam ecclesie de Yarkhulle, nostre diocesis, vacantem, ac instituendum canonice in eadem, necnon ad inducendum seu induci faciendum in corporalem possessionem ejusdem, et admittendum juramentum canonice obediencie nobis debite a persona predicta, vobis tenore presencium committimus vices nostras, etc. Datum Herefordie, xx° die mensis Aprilis, anno Domini M°CCC°xxv°.

1—The entry is unfinished.

2—*I.e.* "*xx° die Aprilis, anno Domini M°CCC°xxv°, apud Herefordiam.*" The entry next preceding is an institution, for which see appendix.

A.D. 1325. *April 28.—Special licence from the Bishop of Winchester that William Bruyn may receive the first tonsure from the Bishop of Hereford. He received the tonsure on April 30 at Middleton.*

Dimissoria Episcopi Wyntoniensis pro Willelmo Bruyn.—Venerabili in Christo patri, domino Ade, etc., Johannes ejusdem permissione Wyntoniensis Episcopus salutem et fraternam in Domino caritatem. Ut Willelmum Bruyn, vestre diocesis litteratum, qui milicie clericali ascribi desiderat, ad primam tonsuram, dumtaxat in civitate et diocesi nostra Wyntoniensi, dum tamen aliquod canonicum sibi non obsistat, ubicunque et quandocunque vobis placuerit, promovere valeatis, licenciam vobis, quantum in nobis est, tenore presencium concedimus in Domino specialem. Datum apud Merewelle, iiij° Kal. Maii, anno Domini M°CCC°xxv°., etc.

Et memorandum quod ultimo die Aprilis, anno supradicto, dominus dictum Willelmum apud Middeltone, Wyntoniensis diocesis, coronavit.

March 1.—The Bishop of London grants to the Bishop of Hereford special licence to hold an Ordination in the diocese of London, and commissions him to ordain those presented from the diocese of London by Richard de Brenchley.

Fol. 90. Commissio Episcopi Londoniensis facta domino ad celebrandum ordines.—Venerabili in Christo patri, domino Ade, etc., Stephanus, permissione ejusdem Londoniensis Episcopus, salutem et sincere dileccionis continuum incrementum. Ut quoscunque clericos tam vestros quam alienos beneficiatos, et religiosos, ac alios suorum diocesanorum vobis litteras dimissorias et sufficientes titulos exhibentes, ad omnes convenientes sibi ordines tam minores quam majores hac instanti die Sabbati Quatuor Temporum proxima post diem Cinerum, in nostris civitate et diocesi, ubi et prout elegeritis, ordinare possitis, licenciam vobis in Domino tenore presencium concedimus specialem. Et insuper ad ordinandum quoscunque clericos hujusmodi nostre diocesis quos dilectus clericus noster, magister Ricardus de Brencheslee, ad convenientes sibi ordines duxerit presentandos, paternitati vestre committimus vices nostras, attencius supplicantes quatinus onus nostre commissionis hujusmodi velitis, si placeat, admittere ista vice. Datum apud Stebbenhethe, Kal. Marcii, anno Domini M°CCC°xxiiij°.

A.D. 1325. *April 17.—Royal Brief commanding the Bishop to admit John de Denton to the prebend of Moreton, in the King's gift, since he held the temporalities of the Bishopric.*

Breve directum Episcopo pro prebenda de Mortone, receptum apud Middeltone, ij° die Maii.—Edwardus, etc., Episcopo Herefordensi, vel ejus gerenti in Episcopatu Herefordensi, salutem. Cum per litteras nostras patentes dederimus et concesserimus dilecto clerico nostro, Johanni de Dentone, prebendam de Mortone in ecclesia sancti Ethelberti, Herefordie, vacantem, et ad nostram donacionem spectantem, racione temporalium Episcopatus Herefordensis in manu nostra existencium, habendam cum suis juribus et pertinenciis quibuscunque, prout in litteris nostris predictis plenius continetur, vobis mandamus quod ipsum Johannem ad prebendam illam admittatis, et ei stallum in choro et locum in Capitulo racione prebende predicte, prout moris est, assignari faciatis. Teste me ipso apud Bellum Locum Regis, xvij° die Aprilis, anno regni nostri xviij°.

April 28—The King prohibits the Bishop from admitting any person to the prebend of Moreton, until the suit shall have been decided between the King and the Bishop as to the advowson.

Prohibicio Regis pro eadem prebenda recepta apud Middeltone, iij° die Maii.—Edwardus, etc., Episcopo Herefordensi salutem. Prohibemus vobis ne admittatis personam ad prebendam de Mortone in ecclesia sancti Ethelberti, Herefordie, que vacat, et de cujus advocacione contencio mota est in Curia nostra inter nos et vos, donec discussum fuerit in eadem Curia, utrum ad nos an ad vos pertineat ejusdem prebende advocacio. Teste me ipso apud Wyntoniam, xxviij° die Aprilis, anno regni nostri xviij°.

May 6.—The Bishop has collated Thomas de Astley to the prebend of Ewithington, and has commanded the Dean and Chapter to induct him. He now "for certain reasons" sends further instructions that the induction should be made without delay, when Thomas de Astley shall have appeared in person.

Mandatum directum Decano et Capitulo Herefordensibus ad installandum magistrum T. de Astleye, canonicum, personaliter.—Adam, etc., dilectis filiis, ecclesie nostre Herefordensis Decano seu ejus locum tenenti, et Capitulo ejusdem ecclesie nostre,

D. 1325. salutem, etc. Licet dilectum filium, magistrum Thomam de Astleye, canonicum dicte nostre ecclesie Herefordensis, cui prebendam de Ewythyntone in eadem nostra ecclesia tunc vacantem contulimus in persona procuratoris sui, per vos in vestrum concanonicum et in fratrem recipi et admitti, et stallum sibi in choro et locum in Capitulo dicte nostre ecclesie assignari, ac in corporalem possessionem dicte prebende induci mandaverimus et fecerimus, ut est moris, certis tamen ex causis vobis injungimus et mandamus quatinus, cum dictus magister Thomas personaliter ad vos accesserit, supradicta in ipsius personam, quatinus sibi expedit, absque more dispendio compleatis, facientes sibi de dicte prebende fructibus, proventibus, obvencionibus, ac ceteris juribus ad premissa spectantibus, quatinus ad vos attinet, integre responderi. Valete. Datum apud Middeltone, vj° die mensis Maii, anno Domini M°CCC°xxv°.

April 4.—Royal Brief instructing the Sheriff of Herefordshire to command the Bishop to recognise the King's right of presentation to the prebend of Moreton. If the Bishop refuses obedience, the Sheriff is to summon him to appear before the Justices at Westminster.

Fol. 90b. Breve Regis directum Vicecomiti Herefordensi pro prebenda de Moretone.—Edwardus, etc., Vicecomiti Herefordensi salutem. Precipe Ade, Episcopo Herefordensi, quod juste et sine dilacione permittat nos presentare idoneam personam ad prebendam de Mortone in ecclesia sancti Ethelberti, Hereford̃ie, que vacat, et ad nostram spectat donacionem racione temporalium Episcopatus Herefordensis in manu nostra existencium, unde idem Episcopus nos injuste impedit, ut dicitur, et nisi fecerit, summone per bonos summonitores predictum Episcopum quod sit coram Justiciariis nostris apud Westmonasterium a die Pasche in unum mensem ostensurus quare non fecerit. Et habeas ibi summonicionem, et hoc breve. Teste me ipso apud Merewelle, iiij° die Aprilis, anno regni nostri decimo octavo.*

May 4.—Mandate of the Court of Canterbury, ordering the Bishop to institute John de Denton to the prebend of Moreton within twenty days, or to appear himself before the Court. The mandate, however, was revoked on May 18.

Mandatum Curie Cantuariensis directum Episcopo pro eadem prebenda, receptum Londoniis, ix° die Maii, et postea

A. D. 1325 REVOCATUM IN EADEM CURIA XVIIJ° DIE EJUSDEM MENSIS.—Venerabili in Christo patri, domino Ade, etc., Officialis Curie Cantuariensis salutem, etc. Querelam domini Johannis de Dentone, clerici, gravem recepimus continentem quod licet excellentissimus princeps, dominus E., Dei gracia Rex Anglie illustris, prebendam de Mortone in ecclesia sancti Ethelberti, Herefordie, vacantem, et ad ipsius domini Regis donacionem seu collacionem racione [temporalium] Episcopatus Herefordensis in manu sua existencium spectantem, eidem domino Johanni jure suo regio nuper canonice contulisset, fuissetque postmodum per partem ipsius domini Johannis, presentatis et exhibitis ex parte ipsius litteris regiis super hujusmodi donacione seu collacione predicte prebende, ut premittitur, facta, a vobis cum instancia debita congruis loco et tempore petitum ut vos virtute hujusmodi donacionis seu collacionis ipsum dominum Johannem ad dictam prebendam, ut moris est in hujusmodi donacionibus seu collacionibus jure regio factis, cum suis juribus et pertinenciis admitteretis, ac stallum in choro et locum in Capitulo eidem assignaretis seu assignare faceretis, ulteriusque facere curaretis quod vestro incumbit officio in hac parte, vos tamen dictum dominum Johannem, quamquam nichil sibi obviasset aut obviet in hac parte de canonicis institutis, ad dictam prebendam admittere et ulterius pro eodem, prout vobis incubuit, facere non curastis, seu plus debito distulistis minus juste; propter quod pars ejusdem domini Johannis ad nos competenter accedens sibi super hoc per nos de remedio providere petiit oportuno. Nolentes igitur predicto domino Johanni in sua deesse justicia, sicuti nec debemus, vobis cum ea qua decet reverencia auctoritate dicte Curie firmiter injungendo mandamus quatinus, si est ita, dicto domino Johanni infra viginti dierum spacium a tempore recepcionis presencium continue numerandorum eidem domino J. exhibeatis in hac parte justicie complementum. Alioquin tenore presencium peremptorie vos citamus quod compareatis coram nobis vel nostro Commissario in ecclesia beate Marie de Aldermariechirche, Londoniis, octavo die juridico post lapsum dictorum viginti dierum in hujusmodi querele negocio juxta ipsius qualitatem et naturam processurus, etc. De die vero recepcionis, etc. Datum Londoniis, iiij° Non. Maii, anno Domini M°CCC°xxv°.

D. 1324. *Oct. 28.—Letters Dimissory granted by the Bishop of London to Robert, son of Hugh le Mareschal, literate, that he may receive minor Orders from any Catholic Bishop. The Bishop of Hereford conferred upon him the first tonsure on May 20, 1325.*

Dimissoria Episcopi Londoniensis pro Roberto filio Hugonis le Mareschal.—Stephanus, permissione divina Londoniensis Episcopus, dilecto in Christo filio, Roberto filio Hugonis le Mareschal, civitatis nostre Londoniarum, litterato, salutem, etc. Fusis nobis pro te precibus inclinati, ut a quocunque Episcopo catholico Sedis Apostolice graciam execucionemque sui officii obtinente, et tibi manus sacras imponere volente, ad primam tonsuram clericalem et ceteros minores ordines, in quacunque parte nostre civitatis et diocesis Episcopus hujusmodi duxerit eligendum, licite valeas promoveri, eo non obstante quod de nostra diocesi oriundus existis, liberam cuicunque Episcopo hujusmodi conferendi, tibique recipiendi ordines memoratos, tenore presencium concedimus facultatem. Datum apud Stebbenhethe, v° Kal. Novembris, anno Domini M°CCC°xxiiij°. Et auctoritate hujusmodi litterarum dimissoriarum dominus Episcopus Herefordensis contulit predicto Roberto primam tonsuram in ecclesia fratrum Heremitarum sancti Augustini, Londoniis, xx° die Maii, anno Domini M°CCC°xxv°.

D. 1325. *June 12.—Alexander de Quappelade, Vicar of Eye, resigns his benefice.*

Fol. 91. Resignacio Vicarii de Eya.—Memorandum quod xii° die mensis Junii, anno Domini supradicto [Indiccione viij°, Pontificatus, etc., anno nono][1], coram dicto domino [A. Herefordensi] Episcopo, dominus Alexander de Quappelade, presbiter, vicarius ecclesie de Eya, [Herefordensis diocesis, in quodam campo juxta cimiterium de] apud Schenyngfelde, [Sarisburiensis diocesis, personaliter constitutus,] dictam vicariam suam in manus dicti domini Episcopi pure, sponte, et absolute resignavit. Et idem dominus Episcopus acceptavit resignacionem hujusmodi dicte vicarie, et predictum Alexandrum a cura et regimine animarum parochianorum dicte ecclesie de Eya absolvit ibidem. [Presentibus fratre Stephano de Nortone, canonico de Wormsleye, magistro T. de Gynes, domino Johanne, vicario ecclesie de Schenyngfelde predicta, et me, J. de Radnore, notario publico, etc.]

1—The words in brackets in this entry are crossed out in the MS.

A.D. 1325. *June 13.—The Bishop commissions William de Fownhope to inquire into the vacancy in the Church of Burford, to a prebendal portion in which Richard Talbot has presented John de Elleker.*

Mandatum ad inquirendum super vacacione porcionis de Bureforde.—Memorandum quod xiij° die mensis Junii dominus Episcopus mandavit magistro W. de Fowehope, Commissario suo generali, ad inquirendum super vacacione in ecclesia de Bureforde, et ceteris articulis debitis et consuetis, ad quam quidem porcionem dominus Ricardus Talebot, dominus de Castro Ricardi, dominum Johannem de Elleker, clericum, presentavit. Et quod idem Commissarius rescriberet quid per inquisicionem hujusmodi inveniret.

June 14.—The Bishop commissions William de Breinton, Rector of Mordiford, to inquire into the complaint of Walter, the Chaplain of Heightinton, that, when he was carrying the sacrament to a sick person in the Church of Rock, John Gordon, called De la Cluse, a priest, had violently assaulted him.

Commissio ad inquirendum de violencia facta presbitero.—Adam, etc., discreto viro, filioque in Christo dilecto, domino Willelmo de Breyntone, Rectori ecclesie de Mordeford, nostre diocesis, salutem, etc. Querelam domini Walteri, capellani de Huythindone, recepimus continentem quod cum ipse nuper tempore hiemali, quodam die, nive de celo cadente, in ecclesia parochiali de Aka, nostre diocesis, in qua tunc ministrabat, Corpus Domini ad quendam infirmum deferendum sub epitogio recepisset, quidam Johannes Gordoun, dictus de la Clouse, presbiter, proprie salutis immemor, Dei timore postposito, Corpori Christi seu loco seu sacerdoti illud deferenti minime deferens, in ipsum dictum Walterum, quem primitus verbis contumeliosis et conviciis non erubuit lacessire, manus injecit temere violentas, propter quod non est dubium ipsum sentenciam majoris excommunicacionis a canone latam dampnabiliter incurrisse. Idemque Johannes sic excommunicatus divinis se immiscuit, agens in officio sicut prius, irregularitatis nota temere se involvens. Quocirca tibi committimus et mandamus quatinus ad dictam ecclesiam de Aka personaliter accedens, vocatis partibus, inquiras diligenter per illos per quos veritas melius sciri potest de premissis omnibus et singulis veritatem. Et quid per inquisicionem, etc. Datum apud Schenyngfelde, xiiij° die mensis Junii, anno Domini M°CCC°xxv°, etc.

A.D. 1325. *July 9.—An inquiry shews that there is no vacancy in the Church of Burford. One portion, in the patronage of Richard Talbot (valued at 25 marks), is held by Walter de Islip; the other two portions, in the gift of Geoffrey de Cornewalle (valued at 8 marks and 13⅓ marks respectively), are held by Thomas de Chedworth and Geoffrey de Evesham.*

Fol. 91b. De porcione in ecclesia de Bureforde.—Inquisicio facta super vacacione cujusdam porcionis in ecclesia de Cleobury Mortumer, per rectores et vicarios decanatus de Bureforde in pleno loci consistorio decanatus ejusdem, dicit quod tres sunt porciones in eadem ecclesia de Bureforde, et non constat dicte inquisicioni de vacacione alicujus porcionis in dicta ecclesia de Bureforde. Dicit eciam quod Ricardus Talebot, miles, dominus de Castro Ricardi, est verus patronus illius porcionis quam dominus Walterus de Isleppe tenet in eadem, et ultimo presentavit ad eandem, et dominus Galfridus de Cornewayle est verus patronus duarum aliarum porcionum in ecclesia de Bureforde, quas tenent dominus Thomas de Cheddeworthe et Galfridus de Evesham, porcionarii in ecclesia de Bureforde, et omnes porciones sunt curate in eadem, non sunt litigiose nec pensionarie, quod sciatur. Et taxatur porcio domini Walteri de Isleppe in eadem ad xxv marcas; porcio vero domini Thome de Cheddeworthe ad octo marcas; et porcio domini Galfridi de Evesham ad xiij marcas et dimidiam. De meritis et ordinibus presentati ignorat inquisicio omnino, et an sit alibi beneficiatus. Scriptum die Lune in crastina Translacionis sancti Thome Martiris, anno Domini M°CCC°xxv°. In cujus rei testimonium sigillum decanatus de Bureforde presentibus est appensum.

Aug. 9.—John de Bridport, Rector of Hopesay, resigns his benefice.

Resignacio ecclesie de Hopesay.—Memorandum quod ix° die mensis Augusti, anno Domini supradicto, [Indiccione viij°, Pontificatus, etc., anno ix°][1] coram domino A., Herefordensi Episcopo, magister Johannes de Brydeport, Rector ecclesie de Hopesay, [Herefordensis diocesis,] apud Arleye, Sarisburiensis diocesis, [in quodam manso quod quondam fuit domini Willelmi de Arleye, militis, defuncti, extra ostium aule domine Matildis de Arleye personaliter constitutus,] dictam ecclesiam suam pure, sponte, et absolute in manus dicti domini Episcopi voce tenus resignavit.

1—The words in brackets are crossed out in the MS.

A.D. 1325. Et idem dominus Episcopus dicti magistri Johannis resignacionem hujusmodi acceptavit, dictumque Johannem a cura et regimine animarum parochianorum dicte ecclesie absolvit ibidem. [Presentibus fratre Stephano de Nortone, canonico de Wormesleye, magistro Johanne de Lugwardyn, Johanne Talebot, clericis, Herefordensis diocesis, et Johanne dicto de Hereforde, clerico Herefordensi, testibus, etc.]

Dec. 12.—The Bishop commissions John Huband, Rector of Eaton, to institute and induct John de Stretton, clerk, to the Church of Shrawardine, which Hugh de Birytone has resigned.

Fol. 92. Commissio pro presentacione ad ecclesiam de Castro Isabelle.—Adam, etc., dilecto filio, magistro Johanni Hubande, Rectori ecclesie de Etone, nostre diocesis, salutem, etc. In negocio presentacionis facte de domino Johanne de Strettone, clerico, ad ecclesiam de Castro Isabelle, nostre diocesis, vacantem per resignacionem Hugonis de Birytone, ultimi Rectoris ejusdem, ad recipiendum resignacionem dicti Hugonis, et ad inquirendum super articulis debitis et consuetis, necnon ad instituendum dictum Johannem canonice in eadem ecclesia, et ad inducendum ipsum, etc., tibi committimus vices nostras, etc. Datum Londoniis, ij° Idus Decembris, anno Domini M°CCC°xxv°, etc.

Nov. 30.—The Bishop commissions William de Fournhope to institute and induct John de Conderton, priest, to the Chantry of the Chapel of Hopton Cangeforde, on the presentation of John de Hopton.

Fol. 92b. Cantuaria Capelle de Hoptone Cangefot.—Memorandum quod Londoniis, ultimo die mensis Novembris, anno supradicto, dominus commisit vices suas magistro W. de Fowehope, Rectori ecclesie de Westbury, in negocio presentacionis facte de domino Johanne de Contertone, presbitero, ad perpetuam cantuariam capelle de Hoptone Cangefot, per Johannem de Hoptone presentato, videlicet ad inquirendum super vacacione dicte capelle, etc. Et si inquisicio hujusmodi pro dictis presentante sufficienter faciat et eciam presentato, ac eundem presentatum ydoneum inveniret, ipsum ad dictam cantuariam canonice admitteret, et cetera que officio domini incumberent in hac parte exequeretur vice sua.

A.D. 1325. *Dec. 30.—The Bishop commissions Roger [de Northburgh], Bishop of Coventry and Lichfield, to act for him in the matter of an exchange between John de Stretton, Rector of Shrawardine (in the patronage of Edmund, Earl of Arundel), and Robert de Northwich, Rector of Kinver.*

Permutacio ecclesie de Castro Isabelle.—Memorandum quod xxx° die mensis Decembris, apud Schenyngfelde, anno supradicto, dominus commisit vices suas domino Rogero, Dei gracia Coventrensi et Lychfeldensi Episcopo, in negocio presentacionis facte per dominum Edmundum, Comitem Arundellie, patronum ejusdem, de domino Roberto de Northwiche, ad ecclesiam de Castro Isabelle, Herefordensis diocesis, ex causa permutacionis faciende cum Johanne de Strettone, Rectore ejusdem ecclesie, pro ecclesia de Kynefare, Coventrensis et Lychfeldensis diocesis, vacantem, sub eadem forma qua dominus Episcopus Lychfeldensis commisit vices suas in negocio permutacionis facte de vicaria de Burtone cum ecclesia de Hopemalhoisel.

A.D. 1326 *Jan. 4.—The Bishop commissions William de Fownhope to institute and induct Nicholas de la Hulle, of Grendon Bishop, priest, to the Church of St. Leonard, Little Hatfield, on the presentation of Robert de Weston.*

Capella de Parva Hatfelde.—Memorandum quod apud Schenynfelde, iiij° die mensis Januarii, anno supradicto, dominus commisit magistro W. de Fowchope ad inquirendum super vacacione capelle sancti Leonardi de Parva Hatfelde, et ceteris articulis, etc. Et si inquisicio, etc., ut supra in penultimo panello, dominum Nicholaum de la Hulle de Grendene Episcopi, presbiterum, per Robertum de Westone, dominum de Parva Hatfelde, ad dictam capellam presentatum, ad eandem admitteret et canonice institueret in eadem, ipsumque in corporalem possessionem dicte capelle cum omnibus suis juribus et pertinenciis induceret, seu faceret induci.

Jan. 14.—The Bishop commissions Thomas de Chandos to institute and induct William de Foy, priest, to the Chantry of the Chapel of St. John, Eaton Tregoz.

Capella manerii de Etone Tregotz.—Memorandum quod xiiij° die mensis Januarii, anno Domini supradicto, Londoniis, dominus commisit vices suas magistro Thome de Chaundos, Archidiacono Herefordensi, in negocio presentacionis facte de domino

A.D. 1326. Willelmo de Foy, presbitero, ad cantariam capelle sancti Johannis de Eton Tregotz, ut dicitur, vacantem, ad recipiendum presentacionem hujusmodi per litteras patentes dicte cantarie patroni, ac ad inquirendum super vacacione ejusdem cantarie, et ceteris articulis consuetis et debitis in hac parte, necnon ad instituendum, etc., ut supra de ecclesia Castri Isabelle.

A.D. 1322. *Dec. 31.—The King of France writes to the King of England that, as there seems to be no good reason for further delay, he wishes him to do homage to him at Amiens in the octave of the Nativity of St. John Baptist. Anything done at the* Bastide *of St. Priest*[1] *has been without his sanction or knowledge. He is advised by his Council that he must not cancel or postpone the proceedings against Arnaut Caillan, but he will pardon him if he will conduct himself loyally at the French Court. He will give orders that any wrongs that may have been committed by his subjects against Englishmen shall be redressed, and trusts that the King of England will do the like for himself and his subjects.*

Fol. 93. Trescher et ame frere. Nous avoms oy vos mesages sur ceo qil nous ent dit de par vous li quel nous ent expose bien et sagement tot ceo pour qoi vous les avetz envoie par devers nous, et nous out requis de votre part que nous vous vousissems mettre, et nostre soeffrance de votre homage le quel vous nous devez faire duranz vos afaires. Beau frere, nous volems que vous sachez que pur vous voldrioms nous toutz jours faire quantque nous pourrioms bonement, et savez que tant comme vouz avez eu afaire par de la pour la guerre descoce et pour voz altres grantz busoignes nous nous sumes deportez de vous pressier du dit hommage pour l'amour que nous avoms a vous. Mais, bieau frere, nous ne veoms pas que vous aiez orendroit grace Dieu si grantz enpeschementz ne cause si evident pur quoi vous doiez demander la dite seoffrance et que vous ne puissez bien venir par decea pur faire le dit homage, e savez que nous nous en sommes ia deportez longement et se nous le metiens plus endelay, nous en pourriens aver blasme, la quele chose vous ne devriez pas vouloir, si en avons respondu a vos ditz messagez que il vouz dient que pour nous faire le dit hommage vous soiez a Amiens a la huitieve de la procheine Nativitie saint Johan Baptiste. Et nous, bieau frere, vous prioms tant comme nous pooms que vous ne lessez pas que vous ny soiez adonc. Dendroit ce fait de la Bastide Seint Sacerdot de quel vos

1—The fortress of St. Priest or St. Serdos in the Agenois ; *cf.* Papal Letters II, 454.

A.D. 1322. devantditz messages nous ont parle, et que ce qi fait en a este ne fu unques de notre sen ne consentment. Certes, bieau frere, nennis croiriens nous que tels malefazons venissent de vous ne de votre commandement ne que vous les vousissiez en reins susteinir. Car touz jourz avoms nous cuide et cuidoms que vous ne voldriez faire chose que feut en grief ne prejudice de nous ne que vous voldriez que nous le fessiens contre vous. Et quant aus proces qui sont faitz contre Arnaut Caillan les quels voz ditz messages requeroient estre repellez ou mis en seoffrance juques atant que vous et nous feussiens ensemble, sachez, bieau frere, que notre conseil ne nous donne pas qe nous le doiens ne puissiens repeller par raison. Mais, bieau frere, pour amour de vous, nous repelleroms voluntiers le bannissement fait encontre lui, se ainsi est qil vuelle estre adroit en notre court, et vous prions que les banniz de notre realme vous ne voillez recepter ne seoffrir estre receptez en votre realme ne en vos altres terres ne plus que vous ne voudriez que nous receptissiens les votres banniz. Et, bieau frere, nadgaires que a votre simple requeste nous feismes bannir de tot notre realme aucuns vos bannis et ancores le feroms renouveler et tenir selonc la requeste de vos ditz messages. Des gries que nos gentz font aus vos si comme len vous a done a entendre, nous avoms mande et manderoms qil soient adrecie se aucuns en y a et que en se cesse de les faire et nous, bieau frere, ne seufferens point qe nos gentz facent aucuns gries aus votres et se aucuns en y avoit touz jours les voldrons nous faire adrecier, si comme il appartendra et serra de raison. Et nous quidoms que en ceste manere le voldriez vous tot adez faire faire par devers vous a voz gentz. Daucuns altres articles, bieau frere, des quiels voz ditz messages nous ont parle, nous nesteions advisiez a plain, maiz touz jours en ferons nous se qi sera de raison. Donnee a Limoges le Jeudi apres Noel.

A.D. 1323. *Jan. 1.—The King of France writes to Antonin Pasquin his* sergent d'armes. *The Seneschal of Perigord in pursuance of an order from the Court had given public notice that a* bastide *would be built at St. Priest in the diocese of Agen. Thereupon certain evildoers abetted by Sir Ralf Basset, the Seneschal of Gascony, the Constable of Bordeaux, and others, assaulted the place at night, pillaging and murdering the inhabitants, and set fire to the houses. Instructions are given that trials of offenders are to be held on the Monday after Christmas, and to be proceeded with even in the absence of the accused.*

A.D. 1323.
Fol. 93b.

Charles par la grace Dieu Roy de France, et de Navarre, a notre bien ame, Antonyn Pasquyn, notre seriant darmes, salutz, et amour. Cum nadgaires notre Seneschal de Peregorre par vertu dun arest par notre Court done par le quel feust dit que nous poyoms une bastie en le leu appelle de seant Sacerdos de la Diocese D'agene faire, nient contrestaunt la opposicion du procuratour del Duc Daquitanie, ly mesmes suffisant en totes choses les quels volu purposee en la meime Court a plein oy et la chose examine, en la mesme Court diligeaument de notre mandement pur la dit arest mander a execucioun, au lieu avauntdit feusse alee, et le seigne ou notre penounsel illuques eusse mys, et den apres publicment en ses assissis eusse fait crier que a lavauntdit lieu a certeyn jour voleyt venir pour accomplir les choses les quels en la dite aret sont contenuez; aucuns mesfesours, maundantz et consentauntz Rauf Basset, Chivaler par le dit Duc Seneschal de Gascoine, le Seneschal D'ageneys, le Conestable de Bordeux, par mesme le Duc, mestre Remon Duran, lieu tenaunt de dit Seneschal de Gascoyne, mestre Austinge Jurdeyn, Ernand de la Moley, procuratour du dit Duc, Remon Bernard, seignur de Montpesant et Bernard de la Kessayne, counseiller de mesme le Duc, en apres le fait avoient ferme, si come est dit, au lieu de seint Sacerdos avauntdit de nut a treysoun venauntz, ascuns des habiteours de mesme le lieu des bostes choses et altres lur biens derobberent, et mesmes celes choses ovesques eux firent apporter et amener. Et autres vileynment tuerent et ascuns de ceux mesmes au gibet penderent, e nient aboundours des cestes choses, mes assemblantz les mals a mals, totes les mesouns del dit lieu les qeles de aunciens temps erent illeoques bastiez ardirent, et plusours altres ordes exces et malefices, si comest dit, acomystrent illuques en mesprisement de notre reale majeste. Par qei par le tenour de les presentz cometauntz, te mandoms que tous esseugles sus nomes de la notre partie ajourne al prochein Lundy aprez le moys de la Nativite de notre Seignur a Tolouse devant nous a notre procuratour sur cestes choses et altres, les queles countre lur mesmes voudra purposer a respoundre et altrement a proceder si comme il sera de raison ou entimacioun que sil venount ou noun, countre eux mesmes sur cestes choses taunque sera de raison sera procede, la absence deux nient countrestaunt. Ajourne auxi as avauntditz jour et lieu devaunt nous touz ceux par les quex verrite pourra estre sieu des dites choses pourtauntz tesmoignaunce de la verrite des cestes choses. Et nous

A.D. 1323 des ditz ajournementz et autres choses que tu averas fait en les dites choses par tes lettres certifie le dit jour. Donez a Luserches en Lymousyn, le primer jour de Jenever, en lan de notre Seigneur mil troiz centz vint et troitz.

A.D. 1325. *The Bishop grants an indulgence to all who shall attend the preaching of certain monks.*

Fol. 94. Littera indulgencie.—Universis sancte matris ecclesie ad quorum noticiam littere presentes pervenerint, Adam, etc., salutem, etc. Verbum Dei Altissimi, a sanctis religiosis et aliis honestis viris rite propositum, sancte matris ecclesie filiis in mandatorum Dei semitis ambulantes ad perseveranciam boni propositi corroborat et inflammat, et per idem nonnulli a via rectitudinis aberrantes a devio salubriter revocantur. Nonnunquam vero lapsis in profundam peccatorum foveam, cooperante ipsius clemencia cujus verbum proponitur, infunditur misericorditer gracia resurgendi, suorumque veniam peccaminum et celestis regni gaudia facilius promerendi. Ad sancte igitur religionis et caritatis fervorem, vite decorem, devocionis excitacionem, sciencie Dei donum, quibus dilectos in Christo filios, fratrem N. de B., Dei gracia Abbatem Monasterii de T., et ejusdem loci monachos, Altissimus fecundavit, fideliumque multitudinem ad eorum conventualem ecclesiam causa devocionis, quam augere cupimus, affluencium nostre mentis aciem dirigentes, eciam asperantes fidelem Dei populum ad dictorum religiosorum predicacionem velle libencius confluere, quo pocius per allectiva indulgenciarum munera fuerit efficacius excitatus, de Dei igitur omnipotentis misericordia, gloriose virginis Marie genitricis ipsius, beatorum Ethelberti, Regis et Martiris, ac Thome, Episcopi et Confessoris, patronorum nostrorum, necnon et omnium sanctorum meritis et intercessionibus confidentes, omnibus nobis jure diocesano subjectis, et aliis quorum diocesani hanc nostram indulgenciam ratam habuerint et acceptam, de peccatis suis vere contritis, penitentibus et confessis, qui predicacioni N. de B. predicti vel successorum suorum monasterii predicti [de] T., dictive monasterii qui ad hoc per suum Abbatem electi et approbati fuerint ydonei, ubicunque infra monasterii predicti septa ipsos vel eorum aliquem contigerit publice proponere verbum Dei, si presentes exhibuerunt, proposita per eos devotis animis et intentis auribus audituri [affuerint,] . . . . dies de injuncta sibi penitencia misericorditer relaxamus. In cujus, etc.

A.D. 1325. *The Bishop licences a Preaching Friar to hear confessions, etc., within the Diocese; but he is not to have wider powers than are legally allowed to the parochial clergy.*

Licencia audiendi confessiones.—Universis quorum interest pateat per presentes quod nos, A. etc., fratrem N. de G., ordinis predicatorum, per fratrem J[ohannem] de B[ristollio], ejusdem ordinis Priorem provincialem Anglie, electum, et nobis secundum formam constitucionis *Super cathedram* presentatum, ad audiendum confessiones subditorum nostrorum sibi confiteri volencium, et eis imponendum penitencias salutares, ac absolucionis beneficium impendendum, secundum ejusdem constitucionis formam, loco fratris, J. de D., sub eadem forma per nos alias admissi duximus subrogandum; eidem cum fratre T. ampliorem impendere non intendimus potestatem quam sacerdotibus parochialibus est a jure concessa, testimonio presencium quas sigilli nostri impressione fecimus communiri.

Another form for the same.

Alia de eadem.—Adam, etc., dilecto filio magistro . . . .[1] Officiali nostro, salutem, etc. Cum religiosus vir, Prior provincialis ordinis fratrum predicatorum Anglie, fratres ejusdem ordinis, quorum nomina inferius annotantur, ad audiendum confessiones in nostris civitate et diocesi subditorum nostrorum sibi confiteri volencium, et hujusmodi confitentibus secundum debitum imponendum penitentias salutares, ac eisdem absolucionis beneficium impendendum, elegerit, nobis secundum formam constitucionis *Super cathedram* presentandos, petita a nobis secundum ejusdem constitucionis formam licencia et optenta, nos extra nostram diocesim certis causis et legitimis jam agentes, ipsorumque fratrum laboribus et expensis parcere cupientes, ad concedendum fratribus infrascriptis vobis canonice presentatis licenciam suprascripta in dictis civitate et diocesi secun-
Fol. 94b. dum predicte constitucionis exigenciam exercendi, vobis tenore presencium committimus specialiter vices nostras; considerantes utique quod fratribus de ordine minorum similem concessimus licenciam, quodque fratres de ordine eciam Augustini premissa in civitate et diocesi supradictis exercent, numerum fratrum prescriptum, universitate subditorum nostrorum attenta, sufficere arbitramur. Per hec autem nec intendimus eisdem potestatem

1—Name erased.

A.D. 1325. impendere ampliorem quam curatis seu parochialibus sacerdotibus est a jure concessa. Nomina autum fratrum ad hoc, ut premittitur, electorum sunt ista :—Frater J. de Chapwyke, frater J. de Warham, frater Henricus de Castro, frater Eugramus le Veratz, frater Walterus de Wyntebourne, fratər Robertus de Tarente, frater Willelmus de Helmertone, frater J. Melan.[1] Quid autem feceritis, etc.

Another form for the same.

Alia de eadem.—Adam, etc., dilecto in Christo filio, magistro H. de B., nostre Herefordensis diocesis, salutem, etc. Inter varias sollicitudines que ad curam pertinent animarum, de eo nobis specialiter est curandum, ut ubi personaliter intendere non possumus, alios pro nobis spirituales medicos statuamus, qui peccatorum miseriis sauciatis, confiteri volentibus, congruam adhibeant medicinam. Hinc est quod de discressionis et zeli fervore, quem ad salutem animarum gerere dinoscimini, confidentes, ut omnes subditos parochianos nostros, qui vobis pro remedio confiteri voluerint, a peccatorum suorum maculis, de quibus inferiores Episcopis absolvere non possunt, de jure vel consuetudine approbata, injuncta sibi pro modo culpe penitencia salutari, prout convenit, abstergere vice nostra, et penitenciarie nostre curam in omnibus rite peragere valeatis, plenam et specialem vobis in Domino tenore presencium committimus potestatem. In cujus rei, etc.

A.D. 1329. *April 9-18.—Memorandum that between these dates the Bishop dedicated altars in various Churches in the Diocese.*

De dedicacione altarium et ecclesiarum.—Memorandum quod ix° die mensis Aprilis, anno Domini M°CCC°xxv°, dominus dedicavit tria altaria in ecclesia sancti Martini, Herefordie. Et x° die ejusdem mensis dedicavit v altaria in ecclesia Omnium Sanctorum, Herefordie. Et xiiij° die ejusdem mensis dedicavit ecclesiam de Webbelye, et tria altaria in eadem. Et xvi° die ejusdem mensis dedicavit duo altaria in ecclesia de Pyonia Regis. Et xvij° die ejusdem mensis dedicavit altare beate Marie in Prioratu de Wormesleye. Et xviij° die ejusdem mensis dedicavit ecclesiam de Kyngtone, et duo altaria in eadem.

1—The MS. adds *et multis aliis.*

A.D. 1326. *Jan. 1.—The Archbishop of Canterbury commands prayers to be offered, a special mass to be celebrated, and processions to be made, in all the Churches, for the promotion of peace between England and France; promising 40 days' indulgence to all who are present at these masses and processions.*

Mandatum Archiepiscopi Cantuariensis ad orandum pro pace inter Regna Anglie et Francie, receptum Londoniis, xiij° die Januarii.—Walterus, etc., venerabili in Christo fratri, domino Ade, etc., salutem, etc. Contremuerunt aures nostre, corpusque totum cum admiracione vehementi obstupuit, dum clamor validus tam nostratum quam alienigenarum auribus quasi cunctorum nuper insonuit guerrarum et discordie materiam inter Reges et regnicolas Anglie et Francie jam noviter fore suscitatam, et ad actum adeo processisse, quod diversarum nationum et linguarum exercitus confederati ad invadendum Regnum Anglie undequaque jam se preparant, ut refertur. Et licet hujusmodi tumultuosos clamores undique veritatem continere perfecte credere non potuimus, tam sanguinis quam affinitatis dictorum Regum propinquitate diligenter inspecta, periculum tamen hujusmodi discordie inter tam magnificos principes juxta clamorem populi vehementer timentes, anxietatis nimie torquemur aculeis, et amaritudine cordis interius perforamur. Quum si guerrarum preparatos laqueos, ipsarumque casus fortuitos propensius intuemur, oculata fide manifeste omnibus apparebit quod, nisi ipse omnipotens et misericors Deus sua mediante
Fol. 95. clemencia per oraciones et suffragia ecclesie sue sancte divinitus adhibere dignetur medelam, hujusmodi discordie letalia incentiva absque totius Christianitatis commocione et inestimabili sanguinis Christicolarum effusione dolorosa minime extinguentur. Et quamvis dominus noster Rex jam pridem in suo parliamento ultimo occasione dicti clamoris providam deliberacionem procerum, magnatum, ac aliorum secutus pro salvacione regni sui et incolarum ejusdem contra quoscunque illud injuste nitentes invadere caucius ordinaverit resistendum, quia tamen nec de humana prudencia vel fortitudine neque de opulenta diviciarum multitudine est confidendum in hoc casu, primo et principaliter ipsius Omnipotentis gracia indigemus in cujus manu corda regum consistunt, ipseque illa, ut vult, potenter et mirabiliter multimode virtutis sue potencia operante inclinat, et juxta illud vulgare dictum, *Homo proponit sed Deus disponit*, conceptum hominis propositum, quasi in nutu oculi alterat commutando. Unde nos Anglici, qui catholice fidei devote tenemus unitatem, ad Christum, qui salvos facit sperantes in se, totalem erigere debemus

A.D. 1326. mentis nostre intencionem, ipsius in re tam dubia tamque periculosa consilium et auxilium casto corpore et puro corde flagitando. Quocirca vestre fraternitati firmiter injungimus et mandamus quatinus in singulis ecclesiis parochialibus vestre civitatis et diocesis, necnon in ecclesia vestra cathedrali, proposito verbo Dei solempniter, hec que premisimus clero et populo faciatis predicari, ipsosque efficaciter induci ut apud summam et indivisibilem Trinitatem devotis oracionibus incessanter insistant, ipsius deprecantes clemenciam qui de summis celorum ad ima mundi descendit, et pro humani generis redempcione mortem tandem subiit temporalem, quatinus in diebus nostris inter predicta regna et eorum incolas concordiam perpetuam concedat et pacem, statumque ecclesie sue sancte Regemque nostrum et populum sibi creditum ad honorem nominis sui salubriter custodiat et gubernet, et in cordibus regum eorundem per graciam sancti Spiritus pacis desiderium infundat, quodque pace in regnis predictis firmiter firmata iidem Reges pure devocionis et fidei zelo succensi in Terram Sanctam vias suas dirigant; ad quod faciendum vivifice crucis assumpcione se olim sponte fecerunt presignari, ad injurias ulciscendas que ab infidelium detestanda gente nefandis ausibus singulis diebus Christo inferuntur. Et ut virorum ecclesiasticorum exemplo, necnon et premiorum exhortacione spiritualium ad hoc universi animosius innitantur, singulis diebus in missa parochiali post *Agnus Dei* psalmos consuetos cum oracione de pace dici volumus et mandamus, ac singulis quartis feriis in ecclesia vestra cathedrali ac in singulis ecclesiis parochialibus vestre diocesis unam missam de pace specialem, singulisque diebus Dominicis et festivis in fine magne misse cum clero et populo pro pace circa ecclesiam unam fieri processionem, inducantque sacerdotes parochianos hec eis exponendo, ut pro pace orantes, jejuniis et aliis operibus pietatis insistant. Et nos ipsorum cuilibet ad viam salutis eterne preparato, qui in hujusmodi missis et processionibus interfuerit, xl, qui vero alias oraverit, jejunaverit, vel aliud fecerit pro pace opus pietatis, xxx dies de injuncta sibi penitencia misericorditer in Domino relaxamus, vosque hujusmodi nostre indulgencie superaddatis, prout causam requirere prospexeritis, et divinitus vobis fuerit inspiratum. Diem vero recepcionis presencium et quid feceritis, etc. Datum apud Otteforde, Kal. Januarii, anno Domini M°CCC°xxv°.

A.D. 1326. *Jan. 16.—In the matter of a suit before the Dean of Hereford, in which Cecil de Cary, claiming to have been presented to the Vicarage of Wormbridge, sought to be instituted in place of William Brayn, the holder of the benefice, the latter has appealed to the Bishop. The Bishop, therefore, forbids the Dean to act further in the case until the appeal has been tried.*

Inhibicio Episcopi in causa appellacionis pro vicario de Wormbrugge.—Adam, etc., Decano ecclesie nostre cathedralis Herefordensis, salutem in Domino. Ex parte domini Willelmi Brayn, vicarii ecclesie de Wormbrugge, vestri Decanatus, nostre diocesis, nobis extitit intimatum quod vos in causa destitucionis et institucionis que occasione perpetue vicarie dicte ecclesie de Wormbrugge coram vobis auctoritate ordinarii, ut dicitur, cognoscentibus vertebatur, vertive sperabatur inter dominum Seycellum de Kary, presbiterum, ad dictam vicariam, ut asseritur, presentatum, actorem, ex parte una, et predictum dominum Willelmum, vicarium, reum, ex altera, quasdam excepciones dilatorie legitimas et efficaces contra libellum dicti S. in dicta causa porrectum per partem dicti domini W. congruis loco et tempore in hac parte propositas, in forma juris conceptas, videlicet nimie generalitatis, obscuritatis, contrarietatis, et ineptitudinis ejusdem libelli veram notorie materiam complectentes, rejecistis minus provide, ut asseritur, per decretum ac eisdem non obstantibus ad respondendum sive contestandum libello predicto parti ejusdem domini W. contra justiciam assignastis, in ipsius domini W. et vicarie sue predicte prejudicium, dampnum non modicum, et gravamen. Unde ex parte ejusdem
Fol. 95b. domini W., sencientis se ex hiis et eorum quolibet per vos indebite pregravari, ad audienciam nostram extitit, ut asseritur, legitime appellatum. Quare vobis inhibemus, et per vos omnibus et singulis, quibus jus exigit, inhiberi volumus, et mandamus, ne pendente coram nobis aut nostro Commissario in hac parte hujusmodi appellacionis causa quicquam hac occasione in dicte partis appellantis prejudicium attemptetis vel attemptent, faciatis aut faciant aliqualiter attemptari, quominus eidem parti appellanti libera pateat suam appellacionem hujusmodi prosequendi facultas. Citetis eciam seu citari faciatis dictum dominum Seycellum, partem, ut premittitur, appellatam, quod compareat coram nobis vel nostro Commissario in hac parte in ecclesia nostra cathedrali predicta die Jovis proximo post festum Purificacionis beate Marie Virginis in dicta appellacionis causa processurus, facturus, etc. Et quid in

A.D. 1326. premissis, etc. Datum apud Schenyngfelde, sexto decimo die mensis Januarii, anno Domini M°CCC° vicesimo quinto, etc.

Jan. 16.—The Bishop commissions William de Fownhope to act for him in the matter of the above-mentioned appeal.

Commissio causa appellacionis pro vicaria de Wormbrugge.—Adam, etc., dilecto in Christo filio, magistro Willelmo de Fowehope, Rectori ecclesie de Westbury, nostre diocesis, Commissario nostro in nostri Officialis absencia Generali, salutem, etc. In causa appellacionis a Decano ecclesie nostre cathedralis Herefordensis, occasione perpetue vicarie ecclesie de Wormbrugge, nostre diocesis, ad audienciam nostram, ut dicitur, interposite inter dominum Willelmum Brayn, ipsius ecclesie vicarium, partem, ut suggeritur, appellantem, ex parte una, et dominum Seycellum de Kary, presbiterum, ad eandem vicariam, ut dicitur, presentatum, partem appellatam ex altera, et in causa principali in ejus eventus, vobis committimus vices nostras, etc. Datum apud Schenyngfelde, xvi° die mensis Januarii, anno Domini M°CCC° vicesimo quinto, etc.

Jan. 18.—The Bishop of Lincoln commissions the Bishop of Hereford to institute and induct John de Nubbeleye to the Church of Broughton, to which he has been presented by the Abbess and Convent of St. Mary des Prés, Northampton.

Commissio Episcopi Lincolniensis pro J. de Nubbeleye, presentato ad ecclesiam de Broughtone.—Venerabili in Christo patri ac domino reverendo, domino Ade, etc., Henricus, etc., salutem, etc. Presentarunt nobis Abbatissa et Conventus beate Marie de Pratis, Northamptonie, Johannem de Nubbele ad ecclesiam de Broughtone, nostre diocesis, vacantem. Ad examinandum igitur hujusmodi presentacionis negocium, recipiendumque inquisicionem per Officialem Archidiaconi Northamptonie ad mandatum nostrum juxta dictam presentacionem factam, quam tam sub sigillo nostro quam sigillo dicti Officialis vobis mittimus inclusam, et in eventu, si nichil dicto presentato obviare inveneritis de canonicis institutis, eundem ad ecclesiam de Broughton predictam admittendum, et canonice instituendum in eadem, necnon ipsum vel procuratorem suum ipsius nomine in corporalem possessionem ejusdem ecclesie per vos vel alium inducendum, canonicamque obedienciam nomine nostro ab eodem instituto, si et cum ipsum institui contigerit,

A. D. 1326 recipiendam, ac cetera omnia et singula facienda et expedienda que in premissis necessaria fuerint vel eciam oportuna, vobis vices nostras committimus, etc., rogantes quatinus de facto vestro et processu in hac parte vestra paternitas reverenda nos velit reddere cerciores, quam ad ecclesie sue regimen conservet Altissimus per tempora feliciter duratura. Datum apud Braybroke, decimo quinto Kal. Februarii, anno Domini M°CCC° vicesimo quinto.

Jan. 15.—Certificate of the Official of the Archdeacon of Northampton that an inquiry proves the Church of Broughton, valued at 11 marks, to be vacant by the death of Simon de Addington, the last Rector; and that it is in the patronage of the Abbess and Convent of St. Mary des Prés.

Fol. 96. Certificatorium inquisicionis facte super vacacione ecclesie de Broughtone.—Venerabili in Christo patri, domino Henrico, Dei gracia Lincolniensi Episcopo, suus humilis et devotus Officialis domini Archidiaconi Northamptonie, cum summo obediencie debito, reverenciam, et honorem. Mandatum vestrum xix° Kal. Februarii proxime preteriti recepi formam continens infrascriptam:—Henricus, etc., dilecto in Christo filio, Officiali Archidiaconi Northamptonie, salutem, etc. Presentarunt nobis Abbatissa et Conventus beate Marie de Pratis, Northamptonie, Johannem de Nubbele ad ecclesiam de Broughton, nostre diocesis, vacantem, ut dicitur. Quocirca vobis mandamus quatinus tam super vacacione dicte ecclesie, videlicet an vacet, et si sic, ubi, quando, et qualiter vacare incepit, quam jure presentantis, et quis presentavit ultimo ad eandem, necnon super vita, moribus, conversacione, et natalibus dicti presentati, et an in ordine clericali, et in quo seu in quibus fuerit constitutus, item an sit alibi beneficiatus, et si sic, utrum unum vel plura, et que et qualia fuerint hujusmodi beneficia, ac super aliis articulis consuetis in pleno loci Capitulo celebrando [virtute commissionis] ante recepcionem presencium assignate, vocatis vocandis diligentem faciatis inquisicionem. De diebus vero recepcionis presencium et inquisicionis, etc. Datum apud Assheley Canonicorum, ij° Id. Januarii, anno Domini M°CCC° vicesimo quinto. Facta igitur super premissis in pleno loci Capitulo, xviij° Kal. Februarii proxime preteriti celebrato, vocatis vocandis, inquisicione diligenti, inventum est per eandem quod dicta ecclesia vacat, et cepit vacare die Sabbati proximo post festum Circumcisionis Domini proxime preteritum, per mortem domini Simonis de Adyngtone, ultimi Rectoris ejusdem,

A. D. 1326. apud Broughtone decedentis. Abbatissa et Conventus beate Marie de Pratis, Northamptonie, sunt vere patrone dicte ecclesie, et ultimo presentarunt ad eandem dominum Simonem antedictum. Presentatus vero ad dictam ecclesiam liber est et legitimus, bone vite, conversacionis honeste, in minoribus ordinibus constitutus, et non alibi beneficiatus. Que quidem ecclesia non est litigiosa nec pensionaria, et valet communibus annis undecim marcas et amplius. Nomina vero inquisitorum sunt hec, Rectores ecclesiarum beate Marie de Maydewell, Cransle, Farmdene, Braughtone, et Oxendone, et vicarius ecclesie de Rowell. Vestra valeat reverenda paternitas in Domino per tempora longiora. Datum apud Waldegrave, xviij° Kal. Februarii, anno Domini supradicto.

Jan. 24.—The Bishop of Salisbury allows the Bishop of Hereford to hold an Ordination in his Diocese. The Bishop of Hereford, therefore, at Shinfield, on Feb. 26, ordained John de Nubbeleye to the office of Acolyte, and on the same day instituted him to the Church of Broughton, and wrote to the Official of the Archdeacon of Northampton to induct.

Commissio Episcopi Sarisburiensis ad celebrandum ordines in sua diocesi facta Episcopo Herefordensi.—Venerabili in Christo patri et domino reverendo, domino Ade, etc., Rogerus, etc. salutem, etc. Ut infra nostram diocesim clericos vestre diocesis, et alios quoscunque Cantuariensis provincie diocesanorum suorum dimissorias et titulos sufficientes, ac alia pro se que in hac parte de jure requiruntur habentes, ad omnes tam minores quam sacros ordines convenientes eis canonice ordinare possitis, liberam vobis tenore presencium concedimus potestatem Ad ecclesie sue regimen Altissimus vos conservet. In cujus rei, etc. Datum apud Poterne, ix° Kal. Februarii, anno Domini M°CCC° vicesimo quinto.

Ordinacio J. de Nubbeleye in acolitum.—Hujus auctoritate commissionis, predictus dominus Episcopus Herefordensis, xxvj° die mensis Februarii, anno supradicto, in ecclesia de Schenyngfelde, Sarisburiensis diocesis, predictum Johannem de Nubbeleye, clericum Wygorniensis diocesis, sui diocesani litteras dimissorias exhibentem, in acolitum ordinavit.

Institucio ejusdem in ecclesiam de Broughtone.—Et eodem die, ibidem, post ordinacionem hujusmodi, auctoritate commissionis domini Lincolniensis Episcopi suprascripte, idem dominus

A.D. 1326. Fol. 96b Episcopus Herefordensis instituit predictum J. de Nubbeleye, acolitum, in dictam ecclesiam de Broughtone, et recepit nomine dicti domini Lincolniensis Episcopi canonicam obedienciam ab eodem Johanne, et scripsit Officiali domini Archidiaconi Northamptonie ad inducendum ipsum, etc.

A.D. 1325. *Sept. 9.—The Bishop of Worcester allows the Church of Coln St. Denys, which had been polluted by bloodshed, to be reconciled by any Catholic Bishop. The Bishop of Hereford, therefore, performs the ceremony on Feb. 2 following.*

Commissio Episcopi Wygorniensis pro reconciliacione ecclesie de Culne sancti Dionisii.—Thomas, permissione divina Wygorniensis Episcopus, dilecto nobis in Christo, domino Johanni de la Grave, Rectori ecclesie de Colne sancti Dionisii, nostre diocesis, salutem, etc. Vestris devotis precibus inclinati, ut ecclesiam de Colne predictam, que violenta sanguinis effusione nequiter est polluta, a quocunque Episcopo catholico, Sedis Apostolice graciam et sui officii execucionem habente, facere reconciliari licite valeatis, vobis, et cuicunque Episcopo eam reconciliare volenti, liberam tenore presencium concedimus facultatem. Datum apud Bredone, quinto Idus Septembris, anno Domini millesimo CCC° vicesimo quinto.

Reconciliacio ecclesie de Culne sancti Dionisii.—Eodem anno, ij° die Februarii, dominus Episcopus Herefordensis reconciliavit predictam ecclesiam de Culne virtute commissionis prefate.

A.D. 1326. *Jan. 26.—The Bishop commissions William de Fownhope to act for him in the matter of Hugh Fitz-Hugh, of Weobley, presented to the Chapel of Alcamston by Edmund, Earl of Arundel, Warine de Weobley, the late Rector, having resigned.*

Commissio pro presentato ad capellam de Alcamstone.—Memorandum quod apud Schenyngfelde, xxvj° die Januarii, anno Domini supradicto, in negocio presentacionis facte per dominum Edmundum, Comitem Arundellie, de Hugone filio Hugonis de Webbeleye, clerico, ad capellam de Alcamstone, vacantem per resignacionem domini Warini de Webbeleye, ultimi Rectoris ejusdem, ac ad inquirendum, etc., ut continetur in commissione pro presentato ad ecclesiam de Castro Isabelle, dominus commisit magistro Willelmo de Fowehope vices suas.

A.D. 1326. *The Bishop grants 10 days' indulgence to all who shall have visited the Chapel of Aldsworth, and there prayed to the Virgin Mary.*

Indulgencia ad excitandum devocionem ad locum beate Marie Virgini deputatum.—Universis sancte Matris Ecclesie filiis, etc., Adam, etc., salutem, etc. Licet loca sanctorum omnium pia et prompta devocione sint a Christi fidelibus veneranda, ipsa tamen que ad memoriam et cultum gloriose Virginis, Dei genitricis, Marie sunt specialiter deputata eo devocius et habundancius convenit venerari quo majorem graciam apud Dominum creditur invenisse. De Dei igitur omnipotentis misericordia, gloriose Virginis Marie, Genitricis Ipsius, Beatorum Ethelberti Regis et Martiris, ac Thome Episcopi et confessoris, patronorum nostrorum, necnon ac omnium Sanctorum meritis et intercessionibus confidentes, omnibus nobis jure diocesano subjectis, et aliis quorum diocesani hanc nostram indulgenciam ratam habuerint et acceptam, de peccatis suis vere contritis, penitentibus, et confessis, qui ad Capellam de Aldersworthe, Wygorniensis diocesis, causa devocionis accesserint, ac devote predictam gloriosam Virginem ibidem salutaverint, ipsiusque luminari coram summo altari in eadem Capella noviter adjuncto manus adjutrices porrexerint, necnon pro pace sancte ecclesie et tranquillitate regni Anglie oracionem Dominicam cum Salutacione Angelica dixerint mente pia, x dies de injuncta sibi penitencia misericorditer relaxamus. In cujus rei, etc.

Feb. 14.—The Bishop commissions William de Fownhope to act for him in the matter of John, son of Richard Fullon, of Fownhope, presented to the manorial Chantry of Fownhope by Roger de Chandos. On the following day the Bishop ordained the same John to the priesthood.

Cantaria infra manerium Domini Rogeri de Chaundos apud Fowehope.—Memorandum quod apud Schenyngfelde, xiiij° die mensis Februarii, anno Domini supradicto, in negocio presentacionis facte per dominum Rogerum de Chaundos, militem, de Johanne, filio Ricardi Fullonis de Fowehope, ad perpetuam cantariam de terris que fuerunt Willelmi de Fernhale et aliis dominicis suis infra manerium suum de Fowehope per ipsum fundatam, ut dicit, vacantem, ac ad inquirendum, etc., ut supra in commissione facta pro capella manerii de Etone Tregotz, dominus commisit magistro W. de Fowehope vices suas. Et in crastino

A.D. 1326. ordinavit eundem J. apud Radynge in presbiterum, ad titulum cantarie predicte.

Feb. 14.—The Bishop, at the request of Thomas de Cheddeworthe and John de Ellerker, commissions William de Fowhope to inquire whether the prebendal portions of Burford are without cure of souls.

Fol. 97. Commissio ad inquirendum super cura porcionum de Bureforde.—Adam, etc., dilecto in Christo filio, magistro Willelmo de Fowehope, Rectori ecclesie de Westbury, nostre diocesis, nostro Commissario Generali, salutem, etc. Quia ad instanciam domini Thome de Cheddeworthe, porcionarii in ecclesia de Bureforde, nostre diocesis, et domini J[ohannis] de Elleker, clerici, ad porcionem quam dominus Walterus de Isleppe tenuit in eadem ecclesia per dominum Ricardum Talebot, militem, dominum de Castro Ricardi, noviter presentati, ac quorundam magnatum pro eis apud nos intercedencium, affirmancium porciones hujusmodi a cura animarum liberas et immunes, porcionum singularum in eadem ecclesia, prout ad nostrum spectat officium, plenius informari, et tam dictis dominis Thome et Johanni quam ceteris quos presens negocium tangit exhibere volumus justicie complementum, vobis committimus et mandamus quatinus, ad dictam ecclesiam de Bureforde personaliter accedentes, vocatis omnibus quorum interest vel interesse poterit in hac parte, super premissis et ea contingentibus per Rectores et vicarios ecclesiarum vicinarum, ac antiquiores de parochia ecclesie supradicte, et alios viros fidedignos juratos, quos verisimile est premissorum habere noticiam pleniorem, inquiratis diligencius veritatem. Et quid in premissis, etc. Datum anno, etc., supradicto.

Feb. 14.—William Poul, Vicar of Winkfield, certifies the Bishop of Salisbury that he has duly held an inquiry into the defects in the chancel of the Church of Shinfield and the Chapel of Swalefield. The total cost of the necessary repairs, etc., is estimated at £40 6s. 8d.; and the Rectory has been sequestrated until the defects shall have been made good.

Certificatorium defectuum inventorum apud Scheningfelde et sequestri interpositi ibidem.—Reverendo in Christo patri et domino suo, domino Rogero, Dei gracia Sarisburiensi Episcopo, Willelmus Poul, vicarius ecclesie de Wynekefelde,

A.D. 1326. obedienciam, etc. Mandatum vestrum viij° die mensis Januarii recepi continens hunc tenorem :—Rogerus, etc., ut in x° folio precedenti. Hujus igitur auctoritate mandati feci legitime vocari Decanum et Capitulum ecclesie cathedralis Herefordensis, dictam ecclesiam de Schenyngfelde cum capella de Swalefelde in proprios usus obtinentes, et vicarium ejusdem ecclesie, quod interessent hujusmodi inquisicioni per me faciende in dictis ecclesia et capella quarto die mensis Februarii, si sibi viderint expedire. Quo die adveniente ad dictas ecclesiam et capellam personaliter accessi, et defectus predictos visui supposui, dictique Decanus et Capitulum comparuerunt ibidem per magistrum Thomam de Boleye, clericum, procuratorem suum, litteratorie constitutum, et vicarius dicte ecclesie de Schenyngfelde personaliter comparuit, ac per viros fidedignos et juratos, inquirendorum noticiam obtinentes, inveni quod in cancello ecclesie de Schenyngfelde, grangiis, domibus aliis, et clausuris ad Rectoriam ecclesie predicte pertinentibus, notorii sunt defectus, ad quorum reparacionem estimant illi de inquisicione hujusmodi xiij libras, xiij solidos, et iiij denarios. Inveni eciam de defectibus notoriis quod in capella de Swalefelde deficiunt omnes libri de usu Sarisburiensi, preter j psalterium de minuta littera, j antiphonarium, et unum ympnarium. Item quod ad psallendum et legendum ibidem in cancello propter nimiam obscuritatem necessarie forent ibi due fenestre, una videlicet ex parte australi et alia ex parte boreali, ad quorum emendacionem estimantur per illos de inquisicione xx marce. Item circa reparacionem cujusdam grangie ruinose estimantur xx marce. Et licet tot defectus notorii se extendant ad estimacionem xl librarum, sex solidorum, et octo denariorum, et omnia bona ecclesiastica ibidem existencia ad estimacionem predictorum defectuum non sufficiant in presenti, omnia tamen bona ecclesiastica ibidem existencia ad dictam Rectoriam pertinencia sequestravi, et sub arto sequestro custodiri mandavi quousque defectus hujusmodi congrue fuerint reformati, inhibens expresse sub pena canonica ne quis sequestrum interpositum violaret. Datum apud Wynekefelde, xiiij die mensis Februarii, anno Domini supradicto.

A.D. 1326. *Feb. 15.—Letters Testimonial issued to Robert de Kimble, Fellow of Merton Hall, Oxford, that on the above date he had been ordained to the office of sub-deacon, at St. Mary's, Reading, by the Bishop of Hereford, by special licence of the Bishop of Salisbury.*[1]

Fol. 97b. Littera testimonialis ordinis suscepti.—Tenore presencium pateat universis quod [nos] Adam, etc., die Sabbati Quatuor Temporum in prima septimana Quadragesime, videlicet xv° die mensis Februarii, anno Domini M°CCC° vicesimo quinto, in ecclesia parochiali beate Marie, Radyngie, Sarisburiensis diocesis, de licencia speciali venerabilis in Christo patris, domini Rogeri, Dei gracia Sarisburiensis Episcopi, loci diocesani, ordines celebrantes, dilectum nobis in Christo, magistrum Robertum de Kynebelle, acolitum Lincolniensis diocesis, socium et scolarem domus Aule de Mertone, Oxonie; per custodem et socios ejusdem domus nobis presentatum, sui diocesani litteras dimissorias exhibentem, in subdiaconum canonice ordinavimus. In cujus, etc.

Feb. 1.—John [de Bristol], Provincial Prior of the Preaching Friars, presents to the Bishop Hugh de Ledbury and John de Bromyard, to be admitted to hear Confessions, etc. Hugh de Ledbury is admitted, but John de Bromyard's admission is postponed owing to his absence. John de Leominster is also presented for admission to the same privilege.

Presentacio fratrum predicatorum ad audiendum confessiones, recepta apud Lecchelade, primo die mensis Februarii, anno supradicto.—Patri in Patre Spirituum, reverendo domino, Dei gracia Herefordensi Episcopo, frater Johannes, servus fratrum ordinis predicatorum in provincia Anglicana, impletis hic apostolicis vicibus, eterno Judici in celestibus considere. Sincerum abjeccionis nostre propositum in operas juges tendit, quibus valemus animarum saluti efficaciter subservire. Quamobrem venerabili dominacioni vestre, cui pro necessaria officii mei execucione nequeo modo mee parvitatis offerre presenciam, humiliter supplico ut fratres Hugonem de Ledebury et Johannem de Bromyerd, quos a me nominatos tanquam viros probate vite et doctrine vestre reverencie harum

1—The Bishop would seem frequently to have held Ordinations at St. Mary's, Reading, though the lists of those ordained are lost. In the Trilleck Register (fol. 75) there is an entry that, on Dec. 3, 1346, Bishop John de Trilleck granted to Robert de Brustwyk a certificate that he had been ordained by Adam, Bishop of Hereford, in 1326, at St. Mary's, Reading, though no record of the ordination remains, *quia registrum prefati predecessoris nostri in hac parte ad manus non habemus eo quod quidam ministri Regis, dudum eundem predecessorem nostrum tunc Herefordensem episcopum persequentes, idem registrum cum aliis bonis suis violenter et notorie abstulerunt.*

A.D. 1326. mediacione presento, admittere dignemini pro confessionibus audiendis in vestra diocesi sibi confiteri volencium, et ut eosdem absolvere valeant, ac ipsis injungere penitencias salutares de vestra licencia, gracia, et beneplacito speciali. Dominacionem vestram conservet Altissimus, etc.

Admissio fratris predicatoris ad audiendum confessiones.—Memorandum quod j° die Februarii, anno supradicto, Hugo de Ledebury, superius nominatus, apud Lecchelade coram domino personaliter constitutus, fuit ab eodem ad presentacionem predictam admissus, preterquam in casibus potestati Episcopi reservatis, admissione dicti fratris Johannis de Bromyerd propter ejus absenciam personalem dilata.

Alia presentacio unius fratris ad idem eisdem die, anno, et loco recepta.—Patri in Patre Spiritum reverendo, domino Ade, etc., ut supra, frater J., servus fratrum predicatorum, etc., ut supra. Quamobrem, etc., supplico ut fratrem Johannem de Leoministre quem a me nominatum tanquam virum probate vite, etc., ut supra.

Feb. 15.—Roger de Aston is appointed coadjutor to Adam le Low, Rector of Whitney.

Coadjutor datus Rectori de Whyteneye.—Adam, etc., dilecto in Christo filio, magistro Rogero de Astone, clerico, nostre diocesis, salutem, etc. Quia tam per examinacionem personalem dilecti in Christo filii, Ade le Low, Rectoris ecclesie de Whyteneye, nostre diocesis, quam per ipsius spontaneam confessionem coram nobis emissam legitime nobis constat quod idem Adam, ob defectum et simplicitatem litterature quos patitur, in gerenda et gubernanda dicte ecclesie sue administracione et cura et disciplina ecclesiastica conservanda curatore seu coadjutore noscitur indigere, dictusque Adam nostre ordinacioni et arbitrio, corporali per eundem prestito juramento, in hac parte totaliter se submisit, nos cum dicto Ada micius agere, ipsiusque statui et dicte ecclesie indempnitati, prout nostro pastorali incumbit officio, volentes salubriter providere, utilitatis studio suadente, de tua fidelitate et industria circumspecta plenam in Domino fiduciam reportantes, predicto Ade te coadjutorem deputamus, ac custodiam et administracionem bonorum dicte ecclesie, donec aliud duxerimus ordinandum, tibi committimus per presentes, proviso tamen quod animarum cura

A.D. 1326. que eidem ecclesie imminet nullatenus negligatur, et quod dicto Rectori de bonis ecclesie sue predicte necessaria congrue ministrentur. Datum apud Radynge[1] xv° die mensis Februarii, anno M°CCC' vicesimo quinto, etc.

Feb. 20.—Mandate of the Bishop to Adam le Low, Rector of Whitney, to accept Roger de Aston as coadjutor.

Fol. 98 Mandatum directum eidem Rectori super eodem.—Adam, etc., dilecto in Christo filio, Ade le Low, Rectori ecclesie de Whyteneye, nostre diocesis, salutem, etc. Cum nuper in presencia nostra constitutus, certis et legitimis de causis, statum tuum et ecclesie tue tangentibus, nostre ordinacioni te submiseris totaliter, corporali super hoc prestito juramento, et ob hoc nos tecum micius agere, statuique tuo et dicte ecclesie indempnitati, prout nostro pastorali incumbit officio, volentes salubriter providere, dilectum in Christo filium, magistrum Rogerum de Astone, clericum, nostre diocesis, tibi coadjutorem seu curatorem ordinaverimus et deputaverimus, juris racione et utilitatis studio suadente, tibi precipimus, et in virtute obediencie ac juramenti prestiti firmiter injungendo mandamus quatinus eidem magistro Rogero tanquam coadjutori seu curatori tuo obedias et intendas. Datum apud Schenyngfelde, xx° die mensis Februarii, anno Domini M°CCC° vicesimo quinto, etc.

Feb. 15.—Memorandum that the Bishop of Hereford, holding an ordination at St. Mary's, Reading, had examined Adam le Low, Rector of Whitney, who presented himself to be ordained Deacon, and found him not apt in letters. The Bishop, therefore, appointed Roger de Aston to be his coadjutor, and allowed Adam le Low leave of absence for three years for study.

Processus habitus super premissis tangentibus eundem Rectorem de Whyteneye.—Et memorandum quod xv° die mensis Februarii, anno Domini supradicto, indiccione ix, Pontificatus, etc., anno decimo, coram dicto domino Episcopo Herefordensi, in presencia venerabilis et religiosi viri, domini Nicholai, Dei gracia Abbatis Monasterii Radingie, Sarisburiensis diocesis, fratris Alexandri de Quappelade, monachi ejusdem loci, magistri Thome de Gynes, Rectoris ecclesie de Wolfrelowe, Herefordensis diocesis, domini Walteri Vachel, Rectoris ecclesie de Purleye, dicte Saris-

1—Written over *Schenyngfeld.*

A.D. 1326. buriensis diocesis, et aliorum multorum presbiterorm et clericorum, testium, etc., ac mei J. de Radenhalle, notarii publici apostolica auctoritate, Adam de Low, Rector ecclesie de Whyteneye, dicte Herefordensis diocesis, in ecclesia parochiali beate Marie, Radingie, predicte Sarisburiensis diocesis, personaliter constitutus, petiit ab eodem Episcopo, ibidem eodem die sacros ordines celebraturo, ad ordinem diaconatus admitti, vel licenciam sibi dari quod posset insistere studio litterarum. Et idem dominus Episcopus predictum Adam de litteratura examinavit ibidem, ac ipsum simplicem et minus ydoneum in litteratura invenit. Propter quod idem Adam, tactis per eum corporaliter sacrosanctis Evangeliis, ordinacioni dicti domini Episcopi totaliter se submisit. Et dictus dominus Episcopus ordinavit et deputavit magistrum Rogerum de Astone, clericum, Herefordensis diocesis, ibidum tunc presentem, sibi coadjutorem seu curatorem, et administracionem ac custodiam bonorum dicte ecclesie prefato Rogero commisit, et eidem Ade precepit et injunxit quod predicto magistro Rogero tanquam coadjutori seu curatori suo intenderet ac eciam obediret. Et dispensavit ibidem cum predicto Ada ut per triennium a lapsu temporis alias sibi ad studendum indulti continue numerandum insistere valeret studio litterarum, ita quod ad ulteriores ordines interim promoveri minime teneretur, proviso tamen, etc,

Feb. 15.—The Proctor of the Dean and Chapter of Hereford having given pledges that the defects in the Church of Shinfield should be made good before the feast of Pentecost, the Bishop of Salisbury relaxes the sequestration imposed upon the benefice.

Relaxacio sequestri de Schenyngfelde facta per Episcopum.—Rogerus, etc., dilecto filio, perpetuo vicario ecclesie de Wynekefelde, nostre diocesis, salutem, etc. Quia procurator dilectorum filiorum, Decani et Capituli Herefordensis, ecclesiam de Schenyngfelde, nostre diocesis, in usus proprios obtinencium, nobis ydoneam prestitit caucionem, de reformando sufficienter defectus in cancello, libris, et ornamentis ecclesie predicte, et capelle eidem annexe, citra festum Pentecostes, ac mansi, orreorum, et aliarum domorum Rectorie ejusdem ecclesie, citra festum sancti Michaelis
Fol. 98b. venturum, sequestrum defectuum hujusmodi racione auctoritate nostra in bonis dicte ecclesie interpositum relaxamus, quod pro sic habeas relaxatum. Datum apud Poterne, xv° Kal. Marcii, anno Domini millesimo M°CCC°xxv°, etc.

A.D. 1326. *Feb. 16.—Tido de Varisio, Archdeacon of Berks, gives instructions for the sequestration on the Church of Shinfield to be relaxed.*

Relaxacio ejusdem sequestri per Archidiaconum.—Tido de Varisio, Archidiaconus Barkerie, perpetuo vicario ecclesie de Wynekefelde,[1] salutem. Quia sequestrum in bonis Rectorie ecclesie supradicte nuper per nos legitime interpositum certis ex causis duximus relaxandum, vobis mandamus quatinus dictum sequestrum relaxetis, ac eciam relaxatum esse denuncietis, permittentes Rectori ecclesie memorate pro arbitrio voluntatis libere disponere de eisdem, donec aliud super hoc habueritis in mandatis. Valete. Datum Oxonie, xiiij° Kal. Marcii, anno Domini M°CCC°xxv°.

Feb. 27.—Sir Geoffrey de Cornewall, the patron, has presented Peter de Belgrave to a prebendal portion in the Church of Burford; which, however, is held by Thomas de Cheddeworth. William de Fownhope, commissioned to hold an inquiry into the matter, certifies the Bishop that Sir Geoffrey de Cornewall is the patron, but that it is not certain that the prebendal portion is vacant.

Certificatorium inquisicionis super vacacione porcionis de Bureforde.—Reverendo in Christo patri et domino suo, domino Ade, etc., Willelmus de Fowehope, etc., obedienciam, etc. Mandatum vestrum nuper recepi tenorem continens infrascriptum:—Adam, etc., dilecto in Christo filio, magistro W. de Fowehope, etc., salutem, etc. Presentavit nobis dominus Galfridus de Cornubia, miles, Petrum de Belegrave ad porcionem in ecclesia de Bureford, nostre diocesis, quam tenet dominus Thomas de Cheddeworth in eadem, vacantem, et ad suam presentacionem spectantem, ut dicit. Quocirca vobis committimus et mandamus quatinus an dicta porcio vacet, et si sic qualiter vacet, et a quo tempore cepit vacare, quis sit ejus verus patronus, quis ultimo presentavit ad eandem, an sit litigiosa an pensionaria, et si sic, cui et in quanto, cujus estimacionis existat, ac de meritis et ordinibus presentati, et an alibi beneficiatus existat, et si sic, utrum unum vel plura habeat beneficia, et que et qualia fuerint hujusmodi beneficia, necnon de ceteris articulis consuetis et debitis in hac parte inquisicionem fieri faciatis in pleno loci consistorio diligentem. Et quid in premissis, etc. Datum apud Schenyngfelde, xiiij° die mensis Februarii, anno Domini M°CCC° vicesimo

1—In MS. *Schenyngfelde.*

A.D.1326. quinto, etc. Hujus igitur auctoritate mandati, die Mercurii proximo post festum sancti Mathie Apostoli, anno Domini supradicto, in ecclesia de Cleobury Mortumer, per rectores et vicarios decanatus de Bureforde super vacacione porcionis predicte, et aliis articulis in dicto mandato vestro contentis, inquisicionem feci in pleno loci consistorio diligentem. Que dicit quod de vacacione dicte porcionis eidem inquisicioni non constat aliqualiter, ut dicit; dicit tamen quod dominus Galfridus de Cornubia, miles, est verus patronus ejusdem porcionis et ultimo presentavit ad eandem; non est litigiosa neque pensionaria, et taxatur ad octo marcas; de meritis et ordinibus presentati et an alibi sit beneficiatus ignorat omnino. Et sic mandatum vestrum sum reverenter in omnibus exequtus. Datum apud Cleobury Mortumer, die Mercurii et anno Domini supradictis.

Mar. 6.—Peter de Belgrave, since the Bishop will not institute him to the prebendal portion in the Church of Burford to which he has been presented by the patron, has appealed to the Court of Canterbury. The Official of the Court instructs the Bishop to cite Thomas de Cheddeworthe, who holds the portion (unlawfully, as the appellant alleges), to appear before the Court.

Mandatum Curie Cantuariensis pro presentato ad porcionem in ecclesia de Bureford, receptum apud Schenyngfelde viij° die Marcii.—Venerabili in Christo patri, domino Ade, etc., Officialis Curie Cantuariensis, salutem, etc. Ex parte Petri de Belgrave, clerici, nobis extitit intimatum quod licet idem Petrus ad quandam porcionem in ecclesia de Boreforde, vestre diocesis, vacantem, per verum ejusdem porcionis patronum et in possessione presentandi ad eandem bona fide existentem, vobis, loci diocesano fuisset et sit canonice presentatus, inquisicioque super vacacione ipsius porcionis et aliis articulis debitis et consuetis, ut est moris, ad mandatum vestrum rite et legitime facta pro eodem sufficienter fecisset et faciat presentato, nichilque sibi obviaverit aut obviet de canonicis institutis, quominus ad dictam porcionem admitti deberet, et canonice institui in eadem, vos tamen ad instanciam seu injustam opposicionem domini Thome de Cheddeworth, possessioni ejusdem porcionis de facto incumbentis, qui nichil juris
Fol. 99. in dicta porcione habet vel ad eam, prefatum Petrum ad dictam porcionem admittere, et ipsum in eadem instituere, ac cetera que vestro in hac parte incumbebant officio peragere non curastis, quin potius recusastis, seu plus debito distulistis minus juste,

A.D. 1326. congrue et cum instancia debita requisiti, in dicti Petri prejudicium, dampnum non modicum, et gravamen. Unde ex parte ejusdem, sencientis se ex hoc per vos indebite pregravari, ad Curiam Cantuariensem extitit, ut asseritur, legitime appellatum. Quare vobis cum ea qua decet reverencia inhibemus, et per vos omnibus et singulis quibus jus exigit, inhiberi volumus et mandamus ne, pendente in Curia Cantuariensi hujusmodi appellacionis causa, quicquam hac occasione in dicte partis appellantis prejudicium attemptetis vel attemptent, faciatis aut faciant aliqualiter attemptari, quominus liberam habeat appellacionis sue prosecucionem, prout justum fuerit, antedicte. Citetis eciam seu citari faciatis peremptorie prefatum Thomam de Cheddeworthe quod compareat coram nobis vel nostro Commissario in ecclesia beate Marie de Aldermariechirche, Londoniis, tercio die juridico post Dominicam qua cantatur *Misericordia Domini*, in dicta appellacionis causa processurus, etc. De die vero recepcionis, etc. Datum apud Yeveneye, ij° Non. Marcii, anno Domini millesimo CCC° vicesimo quinto.

Mar. 3.—The Bishop of Worcester commissions the Bishop of Hereford to act for him in the matter of an exchange of benefices between Philip de Gosington, Vicar of Frampton-on-Severn, and Walter de Finigham, Vicar of Stottesdon.

Commissio Episcopi Wygorniensis pro permutacione vicarii de Fromptone, sue diocesis, cum vicario de Stottesdone.—Venerabili in Christo patri, domino Ade, etc., Thomas, etc., salutem, etc. Cum dilectus filius, dominus Philippus de Gosyntone, perpetuus vicarius ecclesie de Fromptone, nostre diocesis, et dominus Walterus de Fynigham, perpetuus vicarius ecclesie de Stottesdone, vestre diocesis, easdem suas vicarias certis ex causis et legitimis, auctoritate et consensu eorum quorum interest, sine pravitate quacunque proponant, sicut asserunt, canonice permutare, ad audiendum, inquirendum, et examinandum causas permutacionis hujusmodi faciende, ac ad acceptandum et recipiendum dicti Philippi resignacionem vicarie sue de Fromptone, hujusmodi permutacionis optentu factam canonice seu eciam faciendam, eidemque permutacioni auctoritatem prestandam, et eandem, prout de jure fuerit, approbandam, necnon dominum Walterum de Fynigham ad predictam vicariam de Fromptone predicte permutacionis racione legitime admittendum,

A.D. 1326. et vicarium perpetuum canonice instituendum in eadem, ac in corporalem possessionem ejusdem vicarie inducendum, inducive per alium faciendum, necnon ad omnia alia et singula facienda et expedienda que hujusmodi permutacionis negocium exigit et requirit, vestre paternitati reverende, quatinus premissa nos concernunt, tenore presencium cum coercionis canonice potestate committimus vices nostras, rogantes quatinus, onus commissionis nostre hujusmodi, si libeat, admittentes, nos quid in premissis feceritis oportunis loco et tempore certificare velitis, etc. Datum apud Hertlebury, quinto Non. Marcii, anno Domini M°CCC° vicesimo quinto.

April 5.—The Bishop of Hereford certifies the Bishop of Worcester that the above-mentioned exchange of benefices has been duly carried out.

Certificatorium ejusdem Commissionis.—Venerabili in Christo patri, domino Thome, Dei gracia Wygorniensi Episcopo, Adam, etc., quicquid potest reverencie et honoris cum fraterne caritatis augmento. Litteras vestras nuper recepimus tenorem qui sequitur continentes :—Venerabili, etc., ut supra. Approbatis igitur auctoritate vestra et nostra post diligentem examinacionem causis permutacionis predicte, ac resignacionibus dictorum dominorum Philippi et Walteri de vicariis suis supradictis per nos canonice acceptis, predictum Walterum ad vicariam ecclesie de Fromptone, vestre diocesis, et prefatum Philippum ad vicariam ecclesie de Stotesdone, nostre diocesis supradicte, admisimus, et ipsos perpetuos vicarios canonice instituimus in vicariis predictis, ac in corporalem possessionem earundem induci mandavimus, ut est moris. A dicto insuper Waltero, vicario ecclesie de Fromptone, super canonica obediencia et continua residencia personali nomine vestro solitum recepimus juramentum. Datum apud Schenygfelde v° die mensis Aprilis, anno Domini M°CCC°xxvj°.

Mar. 8.—The Bishop of Hereford, acting for the Bishop of Worcester, commissions the Archdeacon of Gloucester, or his Official, to hold the usual inquiry into the vacancy of the Vicarage of Frampton-on-Severn.

Fol. 99b. Mandatum directum auctoritate Commissionis Episcopi Wygorniensis ad inquirendum.—Adam, etc., discreto viro, domino Archidiacono Gloucestriensi vel ejus Officiali, salutem, etc. Com-

A.D. 1326. misit nobis venerabilis in Christo pater, dominus Thomas, Dei gracia Wigorniensis Episcopus, vices suas super negocio permutacionis inter dominum Philippum de Gosingtone, perpetuum vicarium ecclesie de Fromptone super Sabrinam, Wigorniensis diocesis, et dominum Walterum de Finigham, perpetuum vicarium ecclesie de Stottesdone, nostre diocesis, de vicariis suis canonice faciende, concurrente ad hoc assensu quorum interest, ut asseritur, patronorum. Ut igitur nichil in hac parte de contingentibus omittatur, vobis auctoritate dicti patris de qua vobis per litteras ipsius, quas vobis mittimus inspiciendas et nobis per latorem presencium illico remittendas, fieri poterit plena fides, committimus et mandamus quatinus super articulis debitis et consuetis predictam vicariam de Fromptone et presentatum ad eandem concernentibus inquisicionem diligentem, ut moris est, fieri faciatis, et quid in premissis, etc. Datum apud Scheningfelde, viij° die mensis Marcii, anno Domini M°CCC° vicesimo quinto.

Mar. 17.—The Bishop grants a dispensation from fasting on the vigil of the Annunciation, since it falls this year within the octave of Easter.

Fol. 100. Dispensacio pro Vigilia Annunciacionis Dominice non Jejunanda.—Salutem, etc. Licet universis qui ad jejunandum in pane et aqua vigiliam Annunciacionis Dominice voto vel proposito sunt astricti jejunium hujusmodi ad salutis compendium expediat observare, quia tamen hujusmodi festum hoc anno in ebdomada Pascali, cujus septem dierum curricula, in quibus illud propheticum *Hec dies quam fecit Dominus, exultemus et letemur in ea* horis canonicis festive repetitur, instar diei Dominice celebrantur, et ut dies Dominici deputantur, noscitur evenire, ut post Quadragesimalis observancie asperitatem penitencium anxietas Paschalibus gaudiis temperata levius sufferatur, omnibus nobis jure diocesano subjectis de peccatis suis vere penitentibus et confessis auctoritate pontificali quo ad dictam vigiliam ista vice prefatum rigorem abstinencie relaxamus, volentes ut illi, quorum facultates ad hoc sufficiunt, saltem quinque pauperibus Christi in alimentis necessariis dicta vigilia debeant providere, alii vero quos excusat inopia, translacione jejunii in tempus acceptum et aliis piis operibus Deo satisfaciant et reddant Altissimo vota sua. Premissa autem omnium et singulorum subditorum nostrorum auribus cum ea qua potestis celeritate per vos

A.D. 1326. volumus inculcari. Datum apud Scheningfelde, xvij° die mensis Marcii, anno Domini M°CCC°xxv°, etc.

Feb. 7.—The Bishop of Salisbury allows the Bishop of Hereford to consecrate two Altars in the new Chapel of the Abbey of Reading.

Commissio ad consecrandum altaria.—Venerabili in Christo patri, domino Ade, etc., Rogerus, etc., salutem, etc. Dilectorum filiorum, Abbatis et Conventus Radingie, precibus inclinati, ut duo altaria in nova capella Monasterii Radingie predicti de novo erecta, que quidem altaria minime consecrantur, licite consecrare possitis, vobis liberam in Domino tenore presencium concedimus facultatem, eo non obstante quod dictum Monasterium in nostra diocesi situatur. Ad ecclesie sue sancte regimen conservet Altissimus vitam vestram. Datum apud Poterne, vij° Id. Februarii, anno Domini M°CCC°xxv°.

May 6.—The Bishop of London, by direction of the Archbishop, instructs the Bishop of Hereford publicly to deny the false assertions that the Queen and her son had been banished by the King; and that the Pope's messengers dare not approach the King to deliver papal letters owing to threats of violence.

Venerabili in Christo patri, domino Dei gracia Herefordensi Episcopo, Stephanus, ejusdem permissione Londoniensis Episcopus, salutem, etc. Litteras reverendi in Christo patris, domini W., Dei gracia Cantuariensis Archiepiscopi, etc., recepimus, tenorem qui sequitur continentes:—Walterus, etc., venerabili in Christo fratri, domino S., etc., salutem, etc. Dolenti relacione proferimus quod quidam filii Belial, paternis mendaciis debriati, domino nostro, Regi Anglie et ejus consilio, prout ab autenticis asseritur personis, Fol. 100b. in publico detraxerunt, et mendaciter divulgarunt quod dictus dominus noster Rex dilectissimam sibi dominam Isabellam, Reginam Anglie, consortem suam et corporis sui nobilem porcionem, necnon dominum Edwardum, filium suum primogenitum, edicto seu banno execrabili fecerat deportari, quodque si venerabiles Patres, Archiepiscopus Viennensis et Episcopus Aurasiensis, nuncii domini nostri, Summi Pontificis, in Anglia destinati, applicuerint ubilibet in partibus Anglicanis, aut in ipso regno voluerint[1] progredi pro litteris papalibus domino nostro Regi vel alteri presentandis, et

1—In MS. *voluerunt.*

A.D. 1326. ceteris faciendis que ipsorum industrie committuntur, sine gravi periculo eorundem et absque vituperio ecclesie Romane et domini nostri, Summi Pontificis, hujusmodi iter agere non valebunt, immo propter corporum cruciatum et spoliacionem bonorum que personis suis et familie sue in Anglia comminata dicuntur, ad presenciam domini Regis ipsius tutus non patebit accessus. Cum igitur asserciones hujusmodi falsas pariter et confectas, patre mendaciorum callide suadente, ab impiis detractoribus et emulis pacis nostre non sit dubium processisse, et maxime quod prefatus dominus noster Rex jam dudum quasi per cunctas civitates, castra, et portus regni sui publice fecerat proclamari ut, quandocunque dominam Reginam, cum filio suo memorato, ad partes Anglie redire contigerit, regni indigene majores et minores ipsos cum suis juxta status sui condecenciam susciperent cum reverencia et honore, eisdem solacium quod possent cum applausibus impendendo, sileat ergo infrunita mendacitas detractoris, et viri linguosi mendacia conquiescant. Et ut insinuacione veritatis tanta loquacitas redundatur, ne diffundat in populo lacius virus suum, honorque serenissimi Principis et domini nostri Regis, cujus innocencie circa premissa Deus est testis, a suis subditis preservetur, fraternitati vestre committimus et mandamus, firmiter injungentes, quatinus suffraganeis nostris per Cantuariensem provinciam constitutis denuncietis asserciones predictas de domine Regine et filii sui bannicione et de periculis prefatis nunciis comminatis falsas esse et confictas, omnique destitui veritate et per ipsos adinventas qui inter nobiles Anglie et Francie Reges et Principes guerram sitiunt plus quam pacem. Eisdem suffraganeis nostris nichilominus districcius injungatis ut in ecclesiis suarum civitatum et diocesium quibus viderint expedire, ac in sermonibus publicis et alibi, diebus Dominicis et festivis intra missarum solempnia per ipsarum ecclesiarum Rectores et vicarios ipsis parochianis premissa predicari faciant et exponi, ipsos nichilominus moneant et inducant quod pro domino nostro Rege, et pace ecclesie et regni, Deum devotis precibus interpellent, et pro domina nostra Regina et domino Edwardo, filio suo primogenito, devotis oracionibus insistere studeant apud Deum ut ipse, cujus nutu singula disponuntur, dominam Reginam et filium suum predictum in Anglia cum leticia et exultacione reducat et celeriter redire faciat, ad honorem Dei ac domini nostri Regis et regni, in votiva et prospera sanitate, quodque machinacionibus fallacis inimici depulsis inter Reges et regna Christianorum pax vigeat, errores et vicia dissi-

D. 1326. pentur, ac populi crescat devocio, ad laudem et gloriam nominis sui qui justis regnum et impiis supplicium pro meritis statuit largiri. De vero die recepcionis presencium, etc. Datum apud Otteforde, vij° Kal. Maii, anno Domini millesimo CCC°xxvj°. Quarum auctoritate litterarum paternitati vestre tenore presencium denunciamus asserciones predictas de dicte domine Regine et filii sui bannicione, et periculis prefatis nunciis, ut premittitur, comminatis falsas esse et confictas, omnique destitui veritate, ut
ol. 101. in dictis litteris exprimitur, adinventas, vobis nichilominus auctoritate eadem districcius injungentes ut cetera in eisdem litteras contenta, quatinus vos concernunt, juxta ipsarum seriem effectum, execucioni debite absque more dispendio demandetis[1]. Datum apud Fulham, ij° Non. Maii, anno Domini supradicto.

May 19.—The Bishop commissions William de Fownhope, Thomas de Boleye, and Nicholas de Caerwent, to act for him in various Diocesan matters, in the absence of the Official. But the previous commission to William de Fownhope is not hereby revoked.

Commissio Willelmo de Fowehope ad audiendum et fine debito terminandum.—Adam, etc., discretis viris filiis, magistris W. de Fowehope, Thome de Bonleye, de Westbury et de Hestenore ecclesiarum nostre diocesis Rectoribus, ac Nicholao de Kaerwent, clerico nostro, salutem, etc. Ad audiendum et fine debito terminandum causas et negocia in consistoriis nostris mota et movenda, necnon ad inquirendum, corrigendum, et puniendum subditorum nostrorum excessus in nostri Officialis absencia, vobis et vestrum cuilibet conjunctim et divisim committimus vices nostras, etc. Per hanc autem commissionem nolumus nec intendimus commissionem prius factam tibi, magistro Willelmo, revocare vel ei in aliquo derogare, set nostre intencionis est ut vos, magistri Thoma et Nicholae, et alter vestrum qui ad hoc commodius vacare poterit, vices nostras in dicti Willelmi absencia exequatur. Datum apud Schenyngfelde, xix° die mensis Maii, anno Domini M°CCC° vicesimo sexto, etc.

May 10.—Letters Testimonial granted to Stephen de Withington that he has purged himself from the charges of homicide and theft which had been laid against him.

Littera testimonialis a carceribus liberati.—Adam, etc., dilecto in Christo filio, Stephano, filio Ricardi de Withintone de

1—In MS. *demandantes.*

A.D. 1326. Hereforde, clerico, salutem, etc. Justicie debitum exequi credimus si contra calumpniancium insidias innocencie et veritati testimonium perhibemus. Cum igitur dudum super criminibus homicidii et depredacionis, videlicet de morte Thome ap Robert, dicti le Cheser de Clifforde, et de depredacione xij caseorum precii trium solidorum et trium denariorum, et de sex solidorum et duorum denariorum sterlingorum ipsius Thome, tibi, ut dicebatur, falso impositis, coram judice seculari fuisses de facto convictus, et ob hoc nostre custodie carcerali, secundum libertatis ecclesiastice exigenciam, liberatus, nos, volentes juris ordinem qui in hac parte requiritur observare, super fama tua et veritate facti inquiri fecimus diligenter, cumque per inquisicionem hujusmodi in forma juris legitime factam nichil compertum seu aliquid contra te probatum fuerit quominus ad tuam purgacionem et liberacionem procedere deberemus, factis primitus publicis proclamacionibus et denunciacionibus consuetis et debitis in hac parte, omnibusque quorum interest in hac parte legitime evocatis, purgacionem tuam canonicam, cui nullus se opposuit, super crimine predicto recipi et te canonice purgatum statui et fame pristinis, concurrentibus omnibus que in hac parte de jure vel consuetudine requiruntur, reduci et restitui fecimus, et a nostra carcerali custodia auctoritate ordinarii liberari. Et ne aliqua propter hoc nota vel infamia possis respergi, has nostras litteras tibi duximus indulgendas, quibus contra latrancium morsus tutus et premunitus existas, et quas in testimonium tue innocencie valeas demonstrare. Datum apud Schenyngfelde, x° die mensis Maii, anno Domini M°CCC°xxvj°.

June 20.—Memorandum that the Archbishop's Mandate concerning procurations for the Papal Nuncios has been duly received, and the collection of the same intrusted to William Russell [de Fownhope]. On July 24 the Bishop certifies the Archbishop that the amount collected has been forwarded by a trusty messenger to the Prior [of Southwark].

Memorandum quod xij° Kal. Julii receptum fuit mandatum Archiepiscopi de levandis procuracionibus nunciorum Sedis Apostolice et commissa execucio magistro W. Rossel, commissario.

Et xxiiij° die ejusdem mensis, apud Schenyngfelde, dominus Episcopus certificavit Archiepiscopum in hac forma :—Hujus igitur auctoritate mandati juxta ipsius tenorem de bonis et beneficiis predictis in nostra diocesi consistentibus, quadrantes predictos cum

A.D. 1326. summa diligencia exigi fecimus, et quicquid levare potuimus per certum et fidelem nuncium mandavimus infra terminum prescriptum Priori memorato persolvi. Datum, etc.

June 11.—John de Frome, clerk, has been presented by the patron to the Church of Kinnersley; which, however, is held by John de Kinnersley. John de Frome, since the Bishop will not institute him, has appealed to the Court of Canterbury. The Official of the Court instructs the Bishop to cite John de Kinnersley to appear before the Court.

Fol. 101b. Appellacio a non admisso.[1]—Venerabili in Christo patri, domino Ade, etc., Officialis Curie Cantuariensis, salutem, etc. Ex parte Johannis de Frome, clerici, nobis extitit intimatum quod cum idem Johannes ad ecclesiam de Kynardsleye, vestre diocesis, vacantem, per verum ejusdem ecclesie patronum vobis loci diocesano fuisset et sit canonice presentatus, inquisicioque super vacacione dicte ecclesie et aliis articulis debitis et consuetis ad mandatum vestrum, prout moris est, rite et legitime facta pro eodem sufficienter fecisset et faciat presentato, nichilque sibi obviaret aut obviet de canonicis institutis quominus ad dictam ecclesiam admitti deberet et Rectorem institui in eadem, vos tamen ad instanciam, procuracionem, seu opposicionem injustam cujusdam Johannis filii Ricardi de Kynardesleye possessioni ejusdem ecclesie de facto incumbentis, qui nichil juris in dicta ecclesia habet aliqualiter vel ad eam, predictum Johannem, sicut premittitur, presentatum ad eandem ecclesiam admittere, et Rectorem in eadem instituere, ac cetera que vestro in hac parte incumbebant officio peragere non curastis, quin potius denegastis, congrue et cum instancia debita requisiti, in dicti Johannis, ut premittitur, presentati prejudicium, dampnum non modicum, et gravamen. Unde ex parte ejusdem Johannis, sencientis se ex hoc per vos indebite pregravari, ad Curiam Cantuariensem extitit, ut asseritur, legitime appellatum. Quare vobis cum ea qua decet reverencia inhibemus, et per vos omnibus et singulis quibus jus exigit inhiberi volumus, et mandamus ne, pendente in Curia Cantuariensi hujusmodi appellacionis causa, quicquam hac occasione in dicte partis appellantis prejudicium attemptetis vel attemptent, faciatis aut faciant aliqualiter attemptari, quominus eidem parti appellanti libera pateat suam appellacionem hujusmodi prosequendi facultas. Citetis eciam seu citari faciatis peremptorie dictum

1—This heading, and all which follow, to the end of the register, are in a different, and much later hand.

A.D.1326. Johannem filium Ricardi de Kynardesleye, partem, ut premittitur, appellatam, quod compareat coram nobis vel nostro commissario in ecclesia beate Marie de Aldermaricherche, Londoniis, sexto die juridico post Nativitatem beati Johannis Baptiste in dicta appellacionis causa processurus, etc. De die vero recepcionis, etc. Datum apud Yveneye, iij° Idus Junii, anno Domini millesimo CCC° vicesimo sexto.

July 9.—The Bishop writes [to the Official] that William de Thunneyk, Rector of Minsterworth, is not to be proceeded against for non-residence.

Littera quia non fiat processus.—Salutem, etc. Quia cum dilecto in Christo filio et amico nostro, domino Willelmo de Thunneyke, Rectore ecclesie de Munstreworth, clerico et familiari amicissimi nostri, venerabilis in Christo patris, domini Norwicensis Episcopi, super residencia sua in dicta ecclesia facienda ex causa racionabili ad tempus duximus dispensandum, nolumus quod occasione non residencie sue inquietetur in aliquo seu gravetur, immo pocius quod eidem in absencia sua quantum cum Deo poteritis exhibeatis gracie et favoris. Ipse enim excusavit se quod ex certis causis vobis alias lacius exponendis nuper vos et ceteros ministros nostros, ut moris est, in suis domibus non admisit, paratus culpam et moram in hac parte contractas cum obediencie promptitudine et satisfaccione plenarie expiare. Et si quid fuerit questionis inter vos et eum hoc totum nostre ordinacioni committit, et fiet vobis et sibi justicie complementum. In Christo, etc. Datum apud Schenyngfelde, ix° die mensis Julii.

A.D. 1324. *Nov. 28.—John de Wrotham, the Pope's Penitentiary, absolves Richard de Staunton, who had killed Henry le Deyere, of Pembridge, a priest.*

Fol. 102. Commissio ad absolvendum occidentem presbiterum.—Venerabili in Christo patri, Dei gracia Episcopo Herefordensi, vel ejus vicario in spiritualibus, frater Johannes de Wrotham, domini Pape penitenciarius, salutem in Domino. Ricardum de Stauntone, laicum vestre diocesis, latorem presencium, qui olim instigante diabolo Henricum le Deyere de Penebrugge, presbiterum dicte diocesis, interfecit, ab excommunicacione quam propter hoc incurrit et hujusmodi homicidii reatu ad vos, auctoritate domini Pape, remittimus,

A.D. 1324. etc.[1] Datum Avinione, iiij° Kal. Decembris, Pontificatus domini Johannis Pape [anno] nono.

A.D. 1326. *July 12.—The Bishop instructs the Vicars of Leominster, Almeley, Preston-on-Wye, Eardisland, Shobdon, and Staunton-on-Arrow, and the parish priests of Pembridge and Kington, to arrange for Richard de Staunton doing public penance in their churches.*

Adam, etc., dilectis in Christo filiis, de Leominstria, Aylmaly, Presthone, Erleslonde, Shobbdone, et Stauntone ecclesiarum vicariis, et presbiteris parochialibus ecclesiarum de Penebrugge et Kyngtone, nostre diocesis, salutem, etc. Ricardum de Staunton, laicum nostre diocesis, etc., auctoritate domini Pape per ipsius penitenciarium absolutum et ad nos remissum, cui per eundem penitenciarium inter alia sub debito prestiti juramenti injunctum est ut per omnes majores, etc., confitendo reatum, ad vos remittimus, injuncta sibi per nos de reatu predicto penitencia salutari, mandantes vobis et in virtute obediencie firmiter injungentes quatinus premissa in mandato dicti penitenciarii contenta in persona prefati Ricardi, quatinus ad vos attinet, curetis devote et fideliter adimplere. Datum apud Schenygfelde, xij° die mensis Julii, anno Domini M°CCC° vicesimo sexto.

The Bishop of Salisbury commissions the Archdeacon of Berks to hold the usual inquiry concerning the vacancy of the Church of St. Giles, Reading, to which the Abbot and Convent of Reading have presented W. de H., priest.

Commissio ad inquirendum super vacacione beneficii.—Episcopus, etc., dilecto filio, Archidiacono Berkerie, vel ejus Officiali salutem, etc. Presentarunt nobis religiosi viri, Abbas et Conventus Monasterii Radingie, W. de H., presbiterum, ad vicariam ecclesie sancti Egidii, nostre diocesis, vacantem et at suam presentacionem spectantem, ut dicunt. Quocirca vobis mandamus quatinus vocatis vocandis tam super vacacione dicte vicarie, in quibus porcionibus consistit, ac de valore annuo earundem, et si fuerit ordinata, necnon de etate, vita, moribus, conversacione, ordinibus, et meritis persone ad eam presentate, quam jure presentacionis et presentantis ultimo ad eandem in pleno loci Capitulo secundum communem cursum celebrando diligentem faciatis inquisicionem secundum arti-

1—As on p. 165 *ad fin.*

A.D. 1326. culos debitos et eciam consuetos, et que per eam inveneritis nobis litteris vestris patentibus et clausis harum seriem continentibus plenius intimetis, nichil de fama vel opinione, sed de certitudine tam vacacionis quam condicionum presentati et aliarum dicti negocii circumstanciarum nobis rescribentes, de quibus vos et loci Capitulum in omnem eventum, si dampnum acciderit aut postmodum forsan assercioni vestre contrarium apparuerit, volueritis respondere. Valeatis. Datum, etc.

July 28.—The Bishop, who has placed the vacant benefice of Kinnersley in the charge of Philip ap Howell and Roger de Aston, as sequestrators, warns the parish priest and the parishioners not to hinder the sequestrators in collecting the income, etc.

Mandatum parochianis ad obediendum custodibus sequestri.—Adam, etc., dilectis in Christo filiis, presbitero parochiali ac omnibus et singulis parochianis ecclesie de Kynardesleye, nostre diocesis, salutem, etc. Cum nos custodiam sequestri in bonis, fructibus, proventibus, et obvencionibus universis ecclesie predicte vacantis, auctoritate nostra ex certis et legitimis causis interpositi, dilectis in Christo filiis, domino Philippo ap Howel, porcionario in ecclesia de Pontesbury, et magistro Rogero de Astone, clerico, nostre diocesis, conjunctim et divisim nuper duxerimus committendam, vos et quemlibet vestrum hortamur in Domino, necnon sub pena canonica peremptorie monemus vobis firmiter injungentes quatinus predictis custodibus, aut eorum alteri, seu ipsorum nunciis circa colleccionem dictorum fructuum deputatis de bonis, fructibus, proventibus, et obvencionibus supradictis, quatinus ad vos et quemlibet vestrum attinet, curetis nomine nostro integre respondere, nec permittatis eosdem circa colleccionem predictam aliqualiter molestari set pocius ipsis in hac parte favorabiliter assistentes, quociens necesse fuerit, seu requisiti fueritis, impendere studeatis utile consilium et juvamen. Datum apud Schenygfelde, xxviij° die mensis Julii.

Fol. 102b.

July 25.—The Prior of Southwark, Commissary of the Archbishop, acknowledges the receipt of £4 sterling from the Bishop of Hereford, being part of the procurations due from the diocese for the expenses of the Papal Nuncios.

Pateat universis per presentes quod nos, frater Petrus, Prior ecclesie beate Marie de Suthwerke, Wintoniensis diocesis, Commis-

A.D. 1326. sarius reverendi patris et domini, domini Walteri, permissione divina Cantuariensis Archiepiscopi, etc., ad colligendum et recipiendum de singulis xx solidis bonorum et beneficiorum ecclesiasticorum in provincia Cantuariensi singulos quadrantes pro expensis dominorum Guillelmi, Dei gracia Viennensis Archiepiscopi, et Hugonis, eadem Dei gracia Aurasiensis Episcopi, nunciorum a Sede Apostolica ad Angliam transmissorum, recepimus a reverendo in Christo patre et domino, domino Ada, etc., quatuor libras sterlingorum de predictis quadrantibus in diocesi sua predicta collectis. In cujus rei, etc. Datum apud Suthwerke, viij° Kal. Augusti, anno Domini M°CCC°xxvi°.

May 25.—Cardinal Gaucelin, the Pope's Penitentiary, grants a dispensation to Robert de Alureston, Rector of Staunton, in the Forest of Dean, who had received Holy Orders when he was under sentence of excommunication.

Venerabili in Christo patri, Dei gracia Episcopo Herefordensi vel ejus vicario in spiritualibus, Gaucelinus, miseracione divina tituli sanctorum Marcellini et Petri presbiter cardinalis, salutem, etc. Ex parte Roberti de Alurestone, presbiteri, Rectoris ecclesie de Stauntone in Foresta de Dene, vestre diocesis, nobis exhibita peticio continebat quod ipse olim, prout lacius vobis exponet, fratrem Bertramium, canonicum Monasterii de Hales, Premonstratensis ordinis, Wygorniensis diocesis, contra ipsius voluntatem per frenum equi sui, quem equitabat, secum ducendo, et absque excessu alio difficili vel enormi per aliquod tempus in custodiam detinendo, quem postmodum restituit illesum pristine libertati, excommunicacionis incurrit sentenciam in tales generaliter promulgatam, et sic ligatus non credens propter hoc aliquam sentenciam incurrisse, se fecit, alias tamen rite, ad omnes sacros ordines statutis a jure temporibus promoveri, et non tamen in contemptum clavium set per simplicitatem et juris ignoranciam in ipsis ordinibus ministravit, et alias immiscuit se divinis ; super quibus fecit humiliter supplicari sibi de oportuno remedio per Sedem Apostolicam provideri. Nos igitur auctoritate domini Pape cujus penitenciarie curam gerimus, circumspeccioni vestre committimus quatinus, si est ita, postquam passo injuriam, si extat et non satisfecit, satisfecerit competenter, ipsum presbiterum a dicta sentencia absolvatis juxta formam ecclesie consuetam, et injuncta inde sibi pro modo culpe penitencia salutari, eoque ad tempus, prout expedire

A D. 1326. videritis, a dictorum ordinum execucione suspenso, demum, suffragantibus sibi meritis, alioque canonico non obstante, super irregularitate et inhabilitate ex premissis contractis et ipsorum ordinum ex execucione, dumtamen in eorum recepcione ejus ignorancia crassa non fuerit vel supina, dispensetis misericorditer cum eodem. Datum Avinione, viij° Junii, Pontificatus domini Johannis Pape xxij° anno decimo.

July 21.—The Bishop of London, by direction of the Archbishop, instructs the Bishop of Hereford to cite the Clergy of his diocese to send representatives to the Provincial Council fixed for Oct. 13.

Fol. 103. Venerabili in Christo patri, domino Dei gracia Herefordensi Episcopo, Stephanus, ejusdem permissione Londoniensis Episcopus, salutem, etc. Mandatum reverendi in Christo patris, Walteri, etc., recepimus, sub hac forma:—Walterus, etc., venerabili fratri nostro, domino S., Dei gracia Londoniensi Episcopo, salutem, etc. Quoniam quedam expedienda noviter emerserunt universaliter ecclesiam, nos, et ceteros prelatos, ac clerum nostre Cantuariensis provincie concernencia, que absque presencia illorum omnium aliqualiter nequeunt expediri, de consilio venerabilium patrum, dominorum, Guillelmi, Dei gracia Archiepiscopi Viennensis, et Hugonis, Episcopi Aurasiensis, Apostolice Sedis nunciorum, necnon et de consilio quorundam fratrum nostrorum nuper Cantuarie congregatorum convocacionem hujusmodi fore decrevimus faciendam. Vobis igitur committimus et mandamus quatinus venerabiles fratres nostros suffraganeos presentes in regno, ac absencium fratrum in spiritualibus et temporalibus vicarios generales, seu alios quos ad hoc duxerint dimittendos, Decanos et Capitula cathedralium ecclesiarum, necnon eciam Capitula collegiatarum ecclesiarum, Archidiaconos universos, Abbates, et Priores supra se Abbates in nostra provincia non habentes, tam exemptos quam non exemptos, Cisterciensis, Cluniacensis, Sanctorum Benedicti et Augustini, Cartusiensis, Grandimontensis, et aliorum ordinum, eorumque Conventus, Prepositos, Archipresbiteros, domorum eciam hospitalium sancti Johannis Jerosolimitani, sancte Marie Theutonicorum et Calatravensium magistros, Priores, et Preceptores, eorumque loca tenentes, clerumque cujuslibet civitatis et diocesis nostre provincie supradicte, citetis seu citare faciatis peremptorie, quod dicti venerabiles fratres, etc., personaliter, Capitula autem per suas de-

A.D. 1326. canos, abbates, et priores, si voluerint, alioquin per alium vel alios idoneos, clerus autem cujuslibet diocesis per unum procuratorem vel duos consimiles communiter destinandos, septimo die post festum sancte Fidis Virginis proxime futurum, in ecclesia sancti Pauli Londoniis, suas exhibeant presencias, predicta exponenda necnon cujusdam mandati apostolici nobis et eis communiter publicacionem audituri, ac prout expediens visum fuerit, super hoc efficaciter tractaturi, consensusque suos hiis que, dante Domino, super hiis ordinabuntur et providebuntur ibidem prebituri, ulteriusque facturi cum continuacione dierum sequencium usque ad finem tractatus hujusmodi, quod ipsius natura negocii sive tractatus exigit et requirit, denunciantes eisdem quod nullius quem inevitabilis necessitas non excusat absenciam dicto septimo die habebimus excusatam. Ceterum ut de ipsorum vicariorum, etc., nominibus propriis, quique Abbates et Priores exempti, domorum eciam hospitalium, etc., ut supra, plebes, ecclesias seu capellas habeant non exemptas, valeamus effici cerciores, ipsis venerabilibus fratribus nostris ac vicariis auctoritate nostra districcius injungatis quod nos de eisdem omnibus reddant in dicto termino cerciores per suas patentes litteras, etc. Vos eciam citamus peremptorie ad id idem. Et quoad vicarium in temporalibus generalem civitatis et diocesis Londoniensis, Decanum et Capitulum Londonienses, Archidiaconos, Abbates, Priores, ecclesias seu hujusmodi capellas habentes, et clerum ejusdem civitatis et diocesis, mandamus suprascripta omnia fieri et servari. Quid autem in hac parte duxeritis faciendum, etc. Datum apud Lamethe, xiij° Kal. Augusti, anno Domini M°CCC° vicesimo sexto. Quod quidem mandatum, quatinus execucionis nostre ministerium concernit, quoad citacionem personarum predictarum in vestra diocesi existencium, et denunciacionem ac certificacionem predictarum, paternitati vestre plene et fideliter mittimus exequendum, auctoritate ejusdem, vos nichilominus, quatinus ad nos pertinet, peremptorie citantes ut contentis in eodem, quatinus vos contingunt, modis omnibus parere efficaciter studeatis. Datum apud Stebbenhethe, xij° Kal. Augusti, anno Domini supradicto.

Receptum erat hoc mandatum ii° die Augusti.

A.D. 1326. *Aug. 6.—The Bishop of Salisbury commissions the Rector of Warfield and the Vicar of Winkfield to take proceedings against William Aleyn, of Shinfield, who in the matter of a loan to Rowland de Garston, had contravened the canons against usury.*

Commissio ad procedendum contra usurarium.—Rogerus, permissione divina Sarisburiensis Episcopus, dilectis filiis, magistris Alexandro, Rectori ecclesie de Warfielde, et Willelmo, perpetuo vicario ecclesie de Wynkefelde, nostre diocesis, salutem, etc. Ad nostram audienciam noveritis pervenisse quod cum Rolandus de Garstone, laicus, dudum onere debitorum depressus a quodam Willelmo Aleyn, in parochia ecclesie de Schenyngfelde, dicte diocesis, commorante, mutuam recipere voluisset, idem creditor, ne per canones contra usurarios editos posset imposterum conveniri, plures redditus, prata, terras, et possessiones recepit diversis vicibus
Fol. 103b ab eodem, titulo empcionis per quasdam cartas simplices que carte feoffamenti vulgariter nuncupantur, traditis eidem debitori parvis pecuniarum summis, que quintam vel sextam partem justi precii vix continent, hoc expresse acto per alias litteras creditoris predicti quod si prefatus Rolandus post certorum annorum curricula prefatas pecuniarum summas persolveret creditori, ipse creditor redditus, prata, terras, et possessiones predictas, retentis fructibus et emolumentis medii temporis, qui sortem excedunt in multo, eidem Rolando restituere teneatur. Cum igitur hiis veris contractus hujusmodi usurarius censeatur, nos predicti Willelmi anime saluti paterna solicitudine prospicere cupientes, si idem Willelmus sit super premissis suspectus, ad inquirendum et prout juris corrigendum et puniendum ipsius Willelmi in hac parte excessum, necnon ad anime sue correccionem et salutem, contra eum quibuscunque viis legitimis super premissis, quatinus ad forum attinet ecclesiasticum, procedendum, vobis conjunctim et divisim, etc., committimus vices nostras donec eas duxerimus revocandas. Quid autem feceritis, etc. Valete. Datum apud Parcum Remesbury, viij° Id. Augusti, anno Domini millesimo CCC° vicesimo sexto, etc.

Sept. 15.—Dispensation for illegitimacy granted to John de Eyton.

Dispensacio Johannis de Eytone.—Memorandum quod, xv° die ejusdem mensis et eodem[1] anno, dominus dispensavit apud

1—*I.e.* Sept. 1326. For the previous entry see appendix.

A.D. 1326. Wyggemore cum Johanne dicto de Eytone, filio Radulphi de Stoctone, clerico, super defectu natalium, de soluto genito et soluta, quod posset ad omnes ordines promoveri et ecclesiasticum beneficium optinere eciam si curam animarum haberet, secundum formam litterarum apostolicarum quas penes eum conservandas dimisit, etc.

Nov. 9.—The Bishop appoints his bailiff, John de Bromfield, to the charge of a Manor, of which the custody had been granted him by the Queen.

Pateat universis quod nos, Adam, etc., dilectum nobis in Christo, Johannem de Bromfelde, attornatum et ballivum nostrum, ad custodiendum manerium de B., cujus custodia per excellentissimam nostram dominam, Isabellam, Reginam Anglie, dominam Hibernie, et Comitissam Pontive, ac dominum Edwardum, illustris domini nostri Regis et ejusdem Regine filium primogenitum, Comitem Cestrie, Pontive, et Monsterolle, ac regni Anglie custodem, nobis est concessa, necnon ad redditus et exitus dicti manerii nomine nostro colligendos et recipiendos tenore presencium ordinamus, volentes quod omnes et singuli tenentes ejusdem manerii in omnibus, prout justum fuerit, eidem obediant et intendant. In cujus rei, etc. Datum nono die mensis Novembris, etc.

Royal Brief to Thomas de Harpenden, eschaetor of Berkshire.

Edwardus, Dei gracia Rex Anglie, etc., Thome de Harpdene, escaetori suo in comitatu Berksire.[1]

A.D. 1327. *Nov. 27.—Letters Testimonial to Haymond de Stockton, that he has been ordained to all the sacred Orders.*

Universis presentes litteras inspecturis, Adam, etc., salutem, etc. Noverit universitas vestra quod dilectus filius, dominus Haymondus de Stoktone, nostre diocesis, servatis debitis temporum intersticiis fuit a nobis ad omnes sacros ordines canonice promotus, prout per inspeccionem Registri nostri comperimus evidenter. In cujus rei, etc. Datum Herefordie, xxvij° die mensis Novembris, anno Domini M°CCC°xxvj°, etc.

1—This entry was not continued.

A.D. 1327. *Jan. 29.—The Bishop of Lincoln commissions the Bishop of Hereford to act for him in the matter of an exchange of benefices between Alan de Rudham, Rector of Chetton, and Hugh de Beysyn, Rector of Willen.*

Fol. 104. Venerabili in Christo patri, domino Ade, etc., Henricus, ejusdem permissione Lincolniensis Episcopus, salutem, etc. Cum dominus Alanus de Rudham,[1] Rector ecclesie de Chetyngtone, vestre dyocesis, et Hugo de Beysyn, Rector ecclesie de Wylien, nostre diocesis, dicta sua beneficia certis ex causis libere ac sine fraude et pravitate quacunque proponant, sicut asserunt, canonice permutare, dumtamen assensus et auctoritas illorum quorum interest intervenerint in hac parte, variisque et arduis prepediti negociis ipsius permutacionis expedicioni ad presens intendere nequeamus, ad inquirendum igitur juxta presentacionem hujusmodi quam vobis mittimus inspiciendam et nobis illico remittendam, super causis permutacionis hujusmodi, et aliis articulis debitis et consuetis, audiendumque, examinandum, et plenarie discuciendum causas permutacionis predictas, et in eo eventu si permutacionis causas hujusmodi duxeritis approbandas, prefatum Alanum ad ecclesiam de Wylien, nostre diocesis, admittendum, et Rectorem instituendum canonice in eadem, induccione ejusdem Alani in corporalem possessionem prefate ecclesie de Wylien ac ipsius obediencia canonica nobis omnimodo reservatis, reverende paternitati vestre, de qua fiduciam gerimus pleniorem, tenore presencium committimus vices nostras, rogantes quatinus onus commissionis nostre hujusmodi, si libeat, admittentes nos de processu vestro in hac parte habendo velitis, expedito negocio supradicto, per vestras patentes litteras harum seriem continentes reddere cerciores. Ad ecclesie sue sancte regimen et munimen Domini vos conservet gracia Redemptoris. Datum Londoniis, quarto Kal. Februarii, anno Domini millesimo CCC° vicesimo sexto.

A.D. 1326. *Nov. 17.—The Bishop commissions Adam Carbonel, John de la Felde, and Thomas de Boleye, to enquire into the case of Thomas de Preston, clerk, who was convicted of homicide before the King's Justices, and handed over to the Bishop, but asserts his innocence, and asks to be allowed to purge himself.*

Fol. 104b. Adam, etc., dilectis in Christo filiis, magistro Ade Carbonel et domino Johanni de la Felde, canonicis nostre ecclesie Hereford-

1—In MS. Ludham.

A.D. 1326. ensis, necnon magistro Thome de Boleye, Rectori ecclesie de Estenore, nostre diocesis, salutem, etc. Ex parte Thome de Prestone, clerici, qui nuper de crimine homicidii sibi, ut dicitur, falso imposito, videlicet de morte Willelmi Kersy de les Walles, coram dominis Johanne Inge et Thoma de Louthe, justiciariis domini Regis, ad liberacionem gaole Herefordensis assignatis, de facto convictus, ob hoc in nostra carcerali custodia detinetur, nobis fuit humiliter supplicatum quod, cum ipse minime crimen commiserit supradictum, ad indicendum eidem propter conviccionem hujusmodi defamato purgacionem canonicam, quam se prestare posse asserit, in forma juris procedere curaremus. Nos autem, volentes juris ordinem qui in hac parte requiritur observare, vobis committimus et mandamus quatinus per viros fidedignos inter quos predictus Thomas ante predictas conviccionem et criminis hujusmodi perpetracionem fuerat conversatus, de vita, moribus, et gestu ipsius, et per consimiles viros ydoneos de locis ubi dictum crimen fuerat perpetratum an de eodem crimine fuerat culpabilis inquiratis diligencius veritatem. Et si nichil per inquisicionem hujusmodi inveneritis probatum, quod ipsius purgacionem debeat impedire, dictumque clericum purgacionem canonicam posse prestare, purgacionem ejusdem clerici in forma juris auctoritate nostra admittatis, et eundem de eodem crimine canonice purgatum boni testimonii nuncietis, et a carceralibus vinculis liberetis, necnon omnia alia faciatis que in premissis de jure fuerint facienda; super quibus omnibus et singulis vobis plenam tenore presencium committimus potestatem. Datum Herefordie, xvij° die mensis Novembris, anno Domini millesimo CCC°xxvj°, etc.

Mar. 12.—The Archbishop of Canterbury calls upon the Bishop to show cause why he should not collate Robert de Eastthorpe to the Chapels of Deurhill and Middleton [Scriven], by lapse.

Walterus, etc., venerabili fratri nostro, domino Ade, etc., salutem, etc. Suscepti officii nos indesinenter cura sollicitat ut ecclesiis pastore carentibus pro debito regimine animarum faciamus de salubri remedio provideri. Ad nostram siquidem pervenit auditum quod capelle de Dukeshulle et de Middeltone, vestre dyocesis, ad presentacionem Prioris et Conventus de Wenlake, ejusdem dyocesis, spectantes, tamdiu vacarunt, quod collacio earundem per negligenciam dictorum Prioris et Conventus, vestram, necnon Decani et Capituli ecclesie vestre Herefordensis, successu tem-

A.D. 1326. porum ad nos notorie est devoluta. Nos igitur uti volentes jure nobis taliter adquisito, capellas predictas dilecto filio Roberto de Estthrope, clerico, contulimus, et ipsum Rectorem canonice instituimus in eisdem. Quocirca fraternitati vestre injungimus et mandamus quatinus omnes et singulos quorum interest citetis seu citari faciatis peremptorie quod compareant coram nobis quarto die juridico post Dominicam qua cantatur Officium *Misericordia Domini*, ubicunque, etc., precise et peremptorie proposituri et ostensuri ac, quatinus jus patitur, prolaturi canonicum si quod habeant, quare prefatus Robertus in dictarum capellarum possessionem corporalem auctoritate nostra minime debeat induci, facturi ulterius, etc., denunciando eisdem quod sive tunc venerint sive non, extunc, quatinus de jure poterimus, procedemus. Vos eciam eisdem die et loco intersitis si vobis videbitur expedire. Premissa insuper vobis denunciamus ut omnes et singuli quorum interest ad dictos diem et locum plene instructi veniant in hac parte. De die vero recepcionis, etc. Datum apud Cherrynge, iiij° Id. Marcii, anno Domini millesimo M°CCC°xxv°.

A.D. 1327. *Mar. 28.—The Bishop, going abroad on the King's business, appoints Henry de Schorne, Adam de Herwyntone, and William de Fowhope, jointly and severally, to be Vicars-general in his absence.*

Fol. 105. ' Commissio vicarii generalis.—Adam, etc., venerabilibus viris et discretis, filiisque in Christo dilectis, magistro Henrico de Shorne, juris civilis professori, domino Ade de Herwyntone, canonicis ecclesie nostre Herefordensis, et magistro Willelmo de Fowehope, Rectori ecclesie de Westbury, nostre diocesis, salutem, etc. Quia de mandato domini nostri, Regis Anglie illustris, pro quibusdam arduis negociis ipsum tangentibus ad partes transmarinas proficiscentes administracionem spiritualium intendere non valemus, de vestra fidelitate et industria plenam in Domino fiduciam optinentes, vos conjunctim et divisim vicarios nostros in spiritualibus ordinamus et constituimus per presentes, ac vobis, etc., vices nostras committimus, etc., donec eas duxerimus revocandas. Datum in hospicio nostro juxta Westmonasterium, xxviij° die mensis Marcii, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo septimo, etc.

A.D. 1327. *Mar. 28.—The Bishop commissions Adam de Herwyntone to confer benefices in the Bishop's presentation.*

Commissio ad conferendum beneficia.—Adam, etc., discreto viro filioque in Christo dilecto, domino Ade de Herwyntone, canonico ecclesie nostre Herefordensis, salutem, etc. Ad conferendum personis ydoneis beneficia quecunque, cum cura vel sine cura, ad nostram collacionem spectancia, eciam si prebende in nostra ecclesia predicta existant, et ad inducendum vel induci faciendum personas hujusmodi quibus ea contuleritis in corporalem possessionem beneficiorum ipsorum, vobis vices nostras committimus, etc. Datum in hospicio nostro juxta Westmonasterium, xxviij° die Marcii, anno Domini millesimo CCC° vicesimo septimo, etc.

Mar. 28.—The Bishop assigns the Canonical House, lately held by James de Berkeley, to John de Orleton.

Commissio ad conferendum domos canonicales.[1]—Adam, etc., dilecto filio, magistro Johanni de Orletone, canonico ecclesie nostre Herefordensis, salutem, etc. Domos canonicales ecclesie nostre predicte pertinentes, quas venerabilis vir, magister Jacobus de Berkeleye, nuper ejusdem ecclesie canonicus, inhabitare consuevit, vacantes, et ad nostram collacionem spectantes, tibi cum omnibus suis juribus et pertinenciis conferimus intuitu caritatis. In cujus rei, etc. Datum in hospicio nostro juxta Westmonasterium, xxviij° die mensis Marcii, anno Domini millesimo CCC° vicesimo septimo, etc.

D. 1326. *Mar. 13.—The Archbishop collates Robert de Eastthorpe to the Chapels of Deuxhill and Middleton [Scriven], by lapse.*

Collacio.—Walterus, etc., dilecto filio Roberto de Estthrope, clerico, salutem, etc. Capellas de Dukeshulle et de Middeltone, Herefordensis dyocesis, vacantes, et ad presentacionem Prioris et Conventus de Wenlake, ejusdem dyocesis, spectantes, ad nostram collacionem per negligenciam dictorum Prioris et Conventus ac venerabilis fratris nostri, domini Ade, Herefordensis Episcopi, ordinarii loci ejusdem, necnon Decani et Capituli ecclesie Cathedralis Herefordensis, successu temporum legitime devolutas, jure

1—This heading (in a much later hand) is evidently a mistake.

A.D. 1327. sic ad nos hac vice devoluto, tibi conferimus, et te in eisdem cum omnibus suis juribus et pertinenciis universis, salvo jure cujuslibet instituimus, ac investimus per presentes, sigilli nostri apposicione munitas. Datum apud Cherrynge, iij° Idus Marcii, anno Domini millesimo CCC°xxv°.

A.D. 1328 *Mar. 26.—Henry de Clifton has been presented to the Church of Tredington,*[1] *in the Diocese of Worcester; and Ralph de Windsor, who is in possession of the benefice, has appealed to the Court of Canterbury. The Official of the Court instructs the Bishop in no way to interfere with the appellant, and to cite Henry de Clifton to appear before the Court.*

Fol. 105b. Mandatum infrascriptum Curie Cantuariensis receptum fuit xxvj° die Marcii, anno Domini M°CCC°xxviij° apud Beaumes hora meridiana, et protestabatur dominus se velle obedire mandato Curie Cantuariensis, dominis W. de Culpho, W. de Lemyntone, J. de Trilleke, J. de Louhtebourhe, et Johanne de Beautre, publico auctoritate apostolica notario, presentibus die, loco, et hora tunc ibidem.

Venerabili in Christo patri, etc. Officialis Curie Cantuariensis per Priorem et Capitulum ecclesie Christi Cantuariensis, Sede Cantuariensi [vacante], constitutus, salutem cum reverencia et honore debitis tanto patri. Ex parte domini Radulphi de Wyndeshore, Rectoris ecclesie de Tridingtone, Wigorniensis diocesis, nobis extitit intimatum quod, cum ipse prefatam ecclesiam cum suis juribus et pertinenciis universis fuisset titulo collacionis canonice assecutus, ipsamque juxta assecucionem suam hujusmodi aliquamdiu possedisset pacifice et quiete, ex parte ejusdem domini Radulphi in possessione hujusmodi existentis ac metuentis ex quibusdam causis probabilibus et verisimilibus conjecturis circa jus et possessionem que optinuit in dicta ecclesia sibi posse prejudicium grave generari in futurum, ne quis quicquam circa premissa vel eorum aliquod in ipsius domini Radulphi prejudicium attemptaret seu aliqualiter faceret attemptari, ad sacrosanctam Sedem Apostolicam et pro tuicione Curie Cantuariensis extitit, ut asseritur, palam et publice ac legitime provocatum. Set quidam magister Henricus de Cliftone, provocacione, que ipsum verisimiliter non latebat, non obstante, post et contra eam minus veraciter confingens dictam ecclesiam vacasse, cum non vacaret, se ad eandem

1—The Bishop's brother, John de Orleton, had been Rector in 1317. See Introd., p. x.

D. 1328. ecclesiam, tunc et adhuc de dicto domino Radulpho, vero ipsius ecclesie Rectore et canonico possessore de jure et de facto, plenam pariter et consultam, procuravit et fecit de facto contra justiciam presentari, dictumque Rectorem circa prefatam ecclesiam suam ac jus et possessionem que optinuit in eadem quominus eisdem libere gaudere potuerit, occasione presentacionis predicte, que ex causa premissa nulla fuit et est, ipso jure indebite molestavit, inquietavit, et turbavit, in ipsius domini Radulphi prejudicium, dampnum non modicum, et gravamen. Unde ex parte ejusdem domini Radulphi, sencientis se ex premissis et eorum quolibet per dictum magistrum Henricum indebite pregravari, ad dictas Sedem et Curiam extitit, ut asseritur, legitime appellatum. Quocirca vobis cum ea qua decet reverencia committimus et mandamus firmiter injungentes quatinus prefato magistro Henrico, ac ceteris omnibus et singulis quibus jus exigit inhiberi, auctoritate dicte Curie inhibeatis seu inhiberi faciatis ne, pendente in Curia Cantuariensi hujusmodi tuitorie appellacionis negocio, quicquam hac occasione in dicte partis appellantis prejudicium attemptet vel attemptent, faciat aut faciant aliqualiter attemptari, quominus liberam habeat appellacionis sue prosecucionem, prout justum fuerit utriusque. Citetis eciam seu citari faciatis peremptorie prefatum magistrum Henricum de Cliftone, partem, ut premittitur, appellatam quod compareat coram nobis aut alio dicte Curie presidente in ecclesia beate Marie Aldermarichirche, Londoniis, tercio die juridico post Dominicam qua cantatur officium *Misericordia Domini*, in dicto tuitorie appellacionis negocio processurus, etc. De die vero recepcionis, etc. Datum Londoniis, xv° Kal. Aprilis, anno Domini M°CCC°xxvij°.

Mar. 30.—Memorandum that Adam, Bishop of Worcester, received a Mitre and other articles of value from Robert de Clifton, sacrist of the Church of Worcester.

l. 106. Memorandum quod dominus Adam, Episcopus Wygorniensis, recepit apud Beaumes per manus fratris Roberti de Cliftone, dicte ecclesie sacriste, iij° Kal. Aprilis, anno Domini M°CCC°xxviij°, per quandam indenturam pro sua capella ornamenta subscripta, videlicet, j mitram quam dominus Walterus de Maidestane, quondam Episcopus ecclesie antedicte, dominis Priori et Conventui Wigorniensibus cum sua ultima voluntate legavit. Quam quidem dominus Thomas, predecessor proximus dicti patris Ade, suo successori,

A.D. 1328. quamvis injuste occupavit, ut dicit, de s[uis] r[ebus] delegavit. De qua dominus J. Bathoniensis Episcopus facit calumpniam asserendo eandem, ut dicitur, esse suam.[1] Item, j anulum pontificalem, j baculum pastorale cum manutergio de serico dicto baculo deputato, et j par cirotecarum pontificalium. Item, j casulam, iij dalmatica et j capam, j sectam de viridi. Item, iiij vestimenta, ij stolas, et iij manipula. Item, iiij manutergia pro altari quorum j cum frontali. Item, j calicem, j corporale, j pixidem de ebore, ij phiolas argenteas, ij candelabra argentea, j naviculam argenteam cum cocleari argenteo, ij pelves argenteas, j turibulum argenteum deauratum, j aquarium argenteum cum aspersorio deargentato. Item, j crismatorium argenteum cum omnibus ejus pertinenciis. Item, ij sandalia. Item, j manutergium pro patena. Item, j campanam pro capella quam beatus Oswaldus dimisit. Item, j equum precii vj marcarum cum sella ad summam. Item, ij cistulas cum ij carpitis debiles dictas cistulas cooperiendis; magistro Nicholao de Cobeham, Rectore ecclesie de Cliftone, Wigorniensis diocesis, magistro J. de Lugwardyn, W. de Lemyntone, J. de Loutebourgh, presbiteris, J. de Trilleke, T. de Trilleke, canonicis, W. de Wigintone, et J. de Beautre, clerico Wigorniensi, publico apostolica auctoritate notario, presentibus, die [et] loco tunc ibidem.

April 14.—Adam, Bishop of Worcester, certifies the Official of the Court of Canterbury that, since Henry de Clifton cannot be found in the Diocese, he has been cited, through his Proctor, to appear before the Court.

Certificatorium super mandato Curie Cantuariensis.—Venerande discrecionis viro, domino Officiali Curie Cantuariensis, per Priorem et Capitulum ecclesie Christi Cantuariensis, Sede Cantuariensi vacante, constituto, aut alii cuicunque dicte Curie presidenti, Adam, etc., reverenciam debitam cum honore. Mandatum vestrum xxvj° die mensis Marcii recepimns continens hunc tenorem:—Venerabili in Christo patri, etc. Cujus quidem auctoritate mandati vestri, prefato magistro Henrico diligenter quesito, et in nostra diocesi personaliter non invento, ipsum in persona procuratoris sui peremptorie citari fecimus quod compareat coram

1—In the will of Bishop Cobham (Cob. *Reg.*, fol. 45) is the following passage referring to this Mitre. As Walter de Maidstone was a most unscrupulous man (see Introd., p. I, note) it is possible that he had never paid for the Mitre. *Item est una alia mitra que fuit domini Walteri de Maydeston, predecessoris mei, quam emit a domino Bathoniensi pro xl libris, et illam feci arestari Londoniis per Justiciarios domini Regis, et fuit mihi assignata et liberata pro dampnis in partem solucionis, et illam lego successori meo.*

A.D. 1328. vobis die et loco in predicto mandato vestro contentis, facturus et recepturus secundum formam et tenorem ejusdem mandati quod justicia suadebit. Datum apud Clive, xiij° die mensis Aprilis, anno Domini M°CCC°xxviij°.

July 4.—Ralph de Windsor has again appealed to the Court of Canterbury, because Adam, Bishop of Worcester, at the instigation of Henry de Clifton, has peremptorily ordered him to appear in answer to Henry de Clifton's claim. The Official of the Court instructs the Bishop to take no action in the matter while the appeal is pending, and to cite Henry de Clifton to appear before the Court.

Fol. 106b. Venerabili in Christo patri, domino Ade, Dei gracia Wigorniensi Episcopo, ipsiusve in sui absencia vicario in spiritualibus generali, Officialis Curie Cantuariensis per Priorem et Capitulum ecclesie Christi Cantuariensis, Sede Cantuariensi vacante, constitutus, salutem cum reverencia etc. Peticio domini Radulphi de Wyndesore, Rectoris ecclesie de Tredyntone, vestre diocesis, nobis exhibita continebat quod licet idem dominus Radulphus dictam ecclesiam suam canonice fuisset assecutus, ac a tempore hujusmodi assecucionis sue eandem cum suis juribus et pertinenciis per non modica tempora possedisset, et adhuc possideat in presenti, fuissetque ex parte ipsius, in hujusmodi possessione existentis ac metuentis sibi in ea parte ex quibusdam causis probabilibus et verisimilibus conjecturis grave prejudicium posse generari in futurum, ne quis quicquam in ipsius prejudicium attemptaret seu faceret aliqualiter attemptari, ad Sedem Apostolicam et pro tuicione Curie Cantuariensis palam, publice, et legitime provocatum, vos tamen, pater predicte, pretendentes et asserentes magistrum Henricum de Cliftone ad dictam ecclesiam de ipso domino Radulpho, ipsius vero Rectore et canonico possessore, plenam de facto et de jure pariter et consultam presentatum, dicta provocacione, que vos verisimiliter non latebat, non obstante, post et contra eam predictum dominum Radulphum, Rectorem et canonicum possessorem dicte ecclesie, ad personaliter comparendum coram vobis vel vestro commissario, predicto magistro Henrico occasione hujusmodi presentacionis responsurum ad terminum nimis brevem et peremptorium, nulla causa abbreviacionis seu personalis vocacionis in citatorio vestro in hac parte expressa, ad locum incertum et indeterminatum ad instanciam ipsius magistri Henrici evocari demandastis pariter et fecistis, ipsumque dominum Radulphum alias circa jus et pos-

A.D. 1328. sessionem suam, quam habet in dicta ecclesia, per vos et vestros ad procuracionem dicti magistri Henrici indebite molestastis et inquietastis, in ipsius domini Radulphi prejudicium, dampnum non modicum, et gravamen. Unde ex parte ipsius domini Radulphi, sencientis se ex hiis et eorum quolibet per vos indebite pregravari, ad dictas Sedem et Curiam extitit, ut asseritur, legitime appellatum. Quare vobis cum ea qua decet reverencia inhibemus, et per vos omnibus et singulis quibus jus exigit inhiberi volumus, et mandamus ne, pendente in Curia Cantuariensi hujusmodi tuitorie appellacionis negocio, quicquam hac occasione in dicte partis appellantis prejudicium attemptetis vel attemptent, etc., quominus liberam habeat appellacionis sue prosecucionem, prout justum fuerit utriusque. Citetis eciam seu citari faciatis peremptorie predictum magistrum Henricum quod compareat coram nobis aut alio dicte Curie presidente in ecclesia beate Marie de Aldemarichirche, Londoniis, quarto die juridico post festum sancti Jacobi, in dicto tuitorie appellacionis negocio processurus, etc. De die vero recepcionis, etc. Datum Londoniis, iiij° Non. Julii, anno Domini millesimo M°CCC°xxviij°.

Receptum fuit istud mandatum apud Gloucestriam, ix° die Julii.

July 5.—The Court of Canterbury, having dismissed the appeal of Ralph de Windsor, revokes the mandate forbidding the Bishop to act in the matter.

Venerabili in Christo patri, domino Ade, etc., Officialis Curie Cantuariensis per Priorem et Capitulum ecclesie Christi Cantuariensis, Sede Cantuariensi vacante, constitutus, salutem, etc. Cum nos in tuitorie appellacionis negocio quod in Curia vertebatur antedicta inter dominum Radulphum de Wyndesore, Rectorem ecclesie de Tredyngtone, vestre diocesis, se pretendentem partem, ut suggerebatur, appellantem, ex parte una, et magistrum Henricum de Cliftone, partem appellatam, ex altera, legitime procedentes ipsam partem appellatam pro eo quod pars appellans antedicta suam appellacionem in hac parte suggestam nullatenus, prout debuit, fuerit prosecutus, ab examine dicte Curie merito duximus dimittendam, paternitati vestre tenore presencium intimamus quod, quacunque inhibicione a Curia Cantuariensi antedicta sub data Londoniis, xv° Kal. Aprilis, anno Domini M°CCC°xxvij°, impetrata, et vobis directa non obstante, libere poteritis exequi quod

A.D. 1328. est vestrum. Datum Londoniis, iij° Non. Julii, anno Domini M°CCC°xxviij°.

A.D. 1327. *Oct. 9.—Memorandum that Adam, Bishop of Worcester, has promised to pay 1,000 florins to the Pope, and 1,000 florins to the College of Cardinals, and 357fl. 2s. 1d. for the customary "services," on his appointment to the Bishopric of Worcester.*[1]

Fol. 107. De servicio debito Curie Romane pro Episcopatu Wygorniensi.—Memorandum quod venerabilis pater, dominus Adam, Episcopus Wigorniensis, olim Herefordensis, anno Domini M°CCC°xxvij°, die nono mensis Octobris, Pontificatus domini Johannis Pape XXII anno duodecimo, promisit pro suo communi servicio Camere dicti domini Pape mille florenos auri, et Camere Collegii reverendorum Patrum, dominorum Cardinalium, quorum quatuordecim tunc erant presentes et duo absentes legati, unus in Lumbardia, et alius in Italia, alios mille florenos et quinque servicia consueta. De quibus promisit se satisfacturum in duobus terminis, videlicet, de dimidia parte in primo termino qui erit a festo Omnium Sanctorum proxime futuro ad annum, videlicet usque ad festum Omnium Sanctorum quod erit anno a Nativitate Domini M°CCC°xxviij°, et aliam dimidiam partem in secundo termino qui erit in festo Ascensionis Domini, videlicet anno Domini M°CCC°xxix°.

Et est sciendum quod quodlibet dictorum quinque serviciorum ascendit ad summam lxxj florenorum, viiij solidorum et v denariorum Turonensium parvorum.

Dicta autem quinque servicia ascendunt ad summam ccclvij florenum, ij solidorum et unius denarii Turonensium. Item mutantur x floreni vel circa pro aquietanciis.

A.D. 1329. *May 13.—J. de Godele, Dean of Wells, summons Thomas de Trilleck, Canon of Wells, to the Election of a Bishop in succession to John de Drokensford, lately deceased.*

De eleccione Wellensis Episcopi.—J. de Godele, Decanus, et Capitulum ecclesie cathedralis Wellensis, dilecto confratri suo et concanonico, domino Thome de Trilleke, salutem et fraterne dileccionis continuum incrementum. Cum recolende memorie dominus Johannes de Drokenesforde, nuper Bathoniensis et Wellensis Episcopus, die Martis proximo post festum sancti Johannis ante portam Latinam, anno Domini M°CCC°xxix°, quod non sine

1—The entries made on the last pages of the Register are out of chronological order, and some refer to matters not connected with the Diocese.

A.D. 1329. grandi mentis amaritudine referimus, nature solvens debitum spiritum suo reddidit Creatori, nos ac dominus Robertus, Prior ecclesie cathedralis Bathoniensis, et ejusdem loci Capitulum, ad quos in hac parte jus eligendi communiter pertinet, ne ecclesie memorate existant pastoris solacio diucius destitute, diem Lune proximum post festum sancti Augustini Episcopi proxime futurum cum continuacione et prorogacione dierum tunc sequencium concorditer statuimus, et eundem terminum confratribus nostris presentibus prefiximus, ac omnes et singulos qui de jure et dictarum ecclesiarum consuetudine fuerint evocandi ad eleccionem futuri nostri pontificis et prelati, in nostro Capitulo Wellensi hac vice, prout moris est, celebrandam, et ad omnia alia peragenda que ipsius eleccionis negocium contingere dinoscuntur, ad ipsos diem et locum pro termino peremptorio fore decrevimus evocandos. Quocirca vos tenore presencium peremptorie citamus quatinus dicto die, hora Capituli, in eodem Capitulo sufficienter in forma juris compareatis, una nobiscum de futuri nostri pontificis et prelati eleccione tractaturi, et in ipso eleccionis negocio modo debito processuri. Alioquin, vobis non expectatis nec ulterius, eciam si predictus terminus prorogatus fuerit, convocatis, in hujusmodi eleccionis negocio procedemus, prout juxta juris exigenciam et dictarum ecclesiarum consuetudinem fuerit procedendum, vestra absencia non obstante. De die vero recepcionis, etc. Datum in Capitulo nostro Wellensi, xiij° die mensis Maii, anno Domini supradicto.

A.D. 1318. *Nov. 12.—Richard de Hatheringe, Precentor of Hereford, and Archdeacon of Chester, has professed his readiness to resign the Precentorship (as provided by the Papal Constitution* Execrabilis*) should it be proved that the Precentor has the cure of souls. The Bishop decides that the Precentorship is without cure of souls, and may therefore be retained.*

Fol. 107b. Universis Christi fidelibus has litteras inspecturis, Adam, etc., salutem in omnium Salvatore. Nonnullis pretendentibus quod precentoria in nostra ecclesia Herefordensi curam habuit et habet animarum annexam, discretus vir, magister Ricardus de Hatheringe, precentor ejusdem nostre ecclesie, coram nobis personaliter constitutus, optulit se paratum dictam precentoriam, quam una cum archidiaconatu Cestrie in ecclesia Lichfeldensi ex dispensacione sufficienti tunc tenebat, ut dixit, dimittere juxta formam novelle

A.D. 1318. constitucionis sanctissimi patris, domini Johannis, divina providencia Pape XXII, nuper edite, que incipit *Execrabilis*, si et quatinus ex forma et effectu ejusdem constitucionis fuisset artatus. Nos igitur, ad peticionem dicti magistri Ricardi super premissis informacione habita diligenti, ac communicato juris consilio peritorum, ponderatis undique ponderandis, invenimus dictam precentoriam ab omni et omnimoda animarum cura omni tempore fuisse et esse liberam et immunem, ac dictum magistrum Ricardum super retencione dicte precentorie cum archidiaconatu predicto sufficienter esse munitum, et ad dimittendum eandem precentoriam seu archidiaconatum predictum juxta formam constitucionis predicte aliqualiter non artari. In quorum testimonium, etc. Datum apud Sugwas, xij° die mensis Novembris, anno Domini M°CCC°xviij°, etc.

A.D. 1325. *June 28.—The Bishop testifies that Thomas de Astley, Canon of Hereford, has been inducted into possession of the Canonical House to which he has been collated.*

Pateat universis quod nos, Adam, etc., dilectum filium magistrum Thomam de Astleye, canonicum Herefordensem, induci fecimus in corporalem possessionem domorum canonicalium Herefordensium sibi per nos collatarum, sicut in nostris aliis litteris continetur. In quorum testimonium, etc. Datum apud Schenyngfelde, xxviij° die mensis Junii, anno Domini M°CCC°xxv°, etc.

A.D. 1326. *Nov. 17.—Final settlement with Richard de Hamenasch, Robert de Ickleshain, John de la Felde, and Roger de Breinton, executors of Richard [Swinfield], formerly Bishop of Hereford.*

Fol. 108. Acquietancia facta Executoribus domini Ricardi quondam Herefordensis Episcopi.—Universis sancte matris ecclesie filiis ad quos presentes littere pervenerint, Adam, etc., salutem Litteras reverendi patris, domini Walteri, Dei gracia Archiepiscopi Cantuariensis, etc., recepimus, tenorem qui sequitur continentes:— Walterus, etc., venerabili fratri, domino Ade, etc. Ad audiendum compotum sive raciocinium administracionis bonorum bone memorie domini Ricardi, olim Herefordensis Episcopi, defuncti predecessoris vestri immediati, per ipsius defuncti executores reddendum, necnon ad compellendum legitime executores eosdem ut compotum sive calculum hujusmodi fidelem reddant, ipsosque absolvendos sive

A.D. 1326. condempnandos, prout merita exigunt compoti supradicti, ac ipsos finaliter liberandos et dimittendos in eventum, et super hiis litteras dimissionis hujusmodi sive acquietancie eisdem executoribus concedendas et fieri faciendas, vobis cum potestate coercionis canonice tenore presencium plenam in Domino committimus potestatem. Datum apud Lamhethe, ij° Kal. Augusti, anno Domini M°CCC°xx. Nos igitur potestatem nobis per dictas litteras attributam reverenter, ut decuit, acceptantes magistros Ricardum de Hamenasshe, et Robertum de Iklesham, ac dominos Johannem de la Felde et Rogerum de Breyntone, executores pie memorie dicti predecessoris nostri, ad reddendum compotum seu raciocinium administracionis dictorum bonorum coram nobis fecimus evocari, qui hujusmodi compotum seu raciocinium administracionis dictorum bonorum, debitorum et legatorum plenarie reddiderunt. Et quia nos per dictum compotum seu raciocinium evidenter comperimus ipsos hujusmodi bona administrasse fideliter et prudenter, eosdem executores ab ulteriori compoto seu raciocinio administracionis bonorum predictorum reddendo, auctoritate et potestate predicta nobis concessa ab officio dimittimus et finaliter liberamus, eosque imperpetuum quietos et absolutos fore decrevimus per presentes, ipsorum fidem et consciencias onerantes eisque sub obtestacione divini judicii firmiter injungentes ut quicquid residui dictorum bonorum ad manus eorum pervenerit, deductis expensis racionabilibus, in pios usus distribuant juxta prefati defuncti ultimam voluntatem. In cujus rei, etc. Datum Herefordie, xvij° die mensis Novembris, anno Domini millesimo CCC°xxvj°, etc.

APPENDIX.

Since very many Institutions to Benefices, Dispensations for absence, and Letters Dimissory are entered in the Register according to the usual and well-known formulas, it has been thought good only to print in full two or three typical instances of each (which will be found in the text) and to collect in this Appendix the names, dates, etc., of the rest.

(*a*) Institutions and Collations to Benefices.

	DATE.	BENEFICE.	PERSON PRESENTED.	PATRON.
A.D. 1317.	July 12	Upton [Cressett].	William de Stratton, subdeacon.	John de Upton.
	,, 21	Hanwood (chapelry).	William Fitzwilliam de Bikedon, acolyte.	Reginald Hanwood.
	Oct. 25	Upper Sapey.	John Goodrich, priest.	The Bishop (by lapse).
A.D. 1318.	Jan. 25	Abenhall.	John Honsom, priest.	Reginald de Abenhall.
	Feb. 3	Edvin Ralph.	Hugo de Yonge, deacon.	Thomas de Edvin, knight.
	,, 3	Great Collington.	J. de Broke de Botterley, deacon.[1]	Hugh Ball.
	Mar. 18	Grendon Warren (chapelry).	William de Assche, acolyte.	(not mentioned).
	,, 18	Little Sapey.	Walter Renaud, priest.	(not mentioned).
	,, 18	Madeley.	William [Russell] de Fownhope.	The Bishop (by lapse).
	,, 20	More.	Adam de Ailyneton, priest.[2]	(not mentioned).
	Apr. 12	Chetton	Godfrey de Rudham, priest.	Alina Burnell.
	May 10	More.	Robert de la More, deacon.	William de la More.
	Nov. 17	Ribbesford.	William de Piriton, priest.	Henry de Ribbesford, knight.
	Dec. 13	Ocle Pychard.	Walter de Thormaston, priest.[3]	Abbot and Convent of Gloucester.
	,, 22	Llancant.	Robert de Persfield. priest.	Thomas, Earl of Norfolk.
A.D. 1319.	Jan. 9	Wellington.	Hugh de Brut, priest.	John de Coston, Prebendary of Wellington.
	,, 12	Richard's Castle.	Thomas de Dortford, priest.	(not mentioned).
	Feb. 15	Prebend of Inkberrow.	Richard de Vernon.	The Bishop.

1—A mandate was issued to the Vicar of Bromyard to induct, which he neglected to do: and on March 18, the Bishop commissions the Official to induct.

2—*In commendam.*

3—Oath of residence exacted.

	DATE.	BENEFICE.	PERSON PRESENTED.	PATRON.
A.D. 1320.	Mar. 1	Prebend of Bartonsham.	Robert Hereward, clerk.	The Bishop.
	,, 1	Prebend of Wellington.	William de Ayermin.	The Bishop.
	,, 20	Sinecure Prebend of Ledbury.	Thomas de Orleton, priest.[1]	The Bishop.
	May 31	Mordiford.	Adam de Ailyneton.	Papal reservation.
	Aug. 16	Prebendal portion of Burford.	Thomas de Weston, clerk.	Geoffrey de Cornewall, knight.
	Sept. 11	Meole Brace.	Walter de Bokenhall, priest.	Abbot and Convent Wigmore.
	,, 30	Lugwardine.[2]	Henry de Schorne.	Alan de Plokenet, Lord of Kilpeck.
	Oct. 3	Cusop.	Peter de Barthon, priest.	The Bishop.
	,, 5	Llanrothal.	Thomas Barry, priest.	Abbey and Convent of Monmouth.
	,, 19	Prebend of Eigne.	John de Oxyndon, clerk.	The Bishop.
	,, 30	Bromyard	Luke de Ridel, priest.	The Portionists.
	Dec. 17	Prebend of Preston.	Thomas Talbot, priest.[3]	The Bishop.
	,, 18	Neen Savage.	Roger de la Sete, priest.	Abbot and Convent of Wigmore.
	,, 18	Caynham.	John de Stapleton, priest.	Abbot and Convent of Wigmore.
	,, 21	Prebend de Prebenda Episcopi.	William de Wyke, priest.[4]	The Bishop.
A.D. 1321.	Jan. 17	Eaton Bishop.	John de Orleton, deacon.	The Bishop.
	,, 19	Coreley.	Roger de Baskerville, subdeacon.	Peter de Overton.
	,, 19	Neenton.	Thomas de Glasleye, subdeacon.	Adam Arras.
	,, 20	Wenlock.	Walter de Cleobury, priest.	Prior and Convent of Wenlock.
	,, 20	Cleobury Mortimer.	John Scheremon de Ludlow, priest.	Abbot and Convent of Wigmore.
	,, 20	Glazeley.	Nicholas de Glazeley, acolyte.	Alan de Glazeley.
	,, 20	Stottesdon.	Hamo de Sandwich, priest.	Abbot and Convent of Shrewsbury.
	,, 22	Meole Brace.	John de Kynton, priest.	Abbot and Convent of Wigmore.
	,, 22	Lindridge.	William "the clerk."[5]	Prior and Convent of Worcester.
	,, 22	Yarkhill.	Henry Boter, priest.	The Master and Brothers of the Hospital of Ledbury.
	,, 24	Eaton Bishop.	Richard de Estenor, subdeacon.[6]	The Bishop.

1—On the death of John de Aquablanca.

2—*Cum Capellis de Langarran, Hentlan, et de Sancto Waynardo.*

3—On the resignation of William de Wyke.

4—He obtained at the same time the Canonical house formerly held by Thomas de St. Omer, Canon of Hereford.

5—*Wilelmus dictus clericus.*

6—It is stated that John de Orleton (appointed only seven days before) has resigned.

DATE.	BENEFICE.	PERSON PRESENTED.	PATRON.
A.D. 1321 Jan. 25	—Cradley.	Walter Carles, priest.[1]	The Bishop.
,, 25	—Kinnersley.	John de Orleton, deacon.	John, Lord of Kinnersley.
June 13	—Edvin Ralph.	John de Henley, acolyte.	Thomas de Edvin.
,, 15	—Hampton Wafers (chapelry).	William Keke, priest.	Roger de Mortimer, Lord of Chirk.
,, 25	—Dorstone.	William de Gosyngton, subdeacon.	Prior and Convent of Clifford.
Sept. 25	—Mordiford.	William de Breinton, priest.	Abbot and Convent of Gloucester.
,, 25	—Aston Ingham.	Adam de Ailyneton, priest.	Simon de Aston.
,, 26	—Stretton (by Wenlock).	Ralph de Snelleston, priest.	Edmund, Earl of Arundel.
,, 26	—Bosbury.	Thomas de Marisco, priest.[2]	The Bishop.
Oct. 3	—Ledbury.	William Denoth, priest.	The Bishop (by lapse).
,, 16	—Prebendal portion of Burford.	Richard de Aldonestre, priest.	Geoffrey de Cornewall, knight
,, 20	—Avenbury.	William Toky, priest.	Abbot and Convent of Dore.
Nov. 16	—Dorstone.	John Rees, subdeacon.	Prior and Convent of Clifford.
Dec. 4	—Willersley.	John Bocce, clerk.	William de la Wode.
A.D. 1322 Jan. 18	—Moccas.	Hugh de Monnynton, priest.	John de Frene.
,, 29	—Prebendal portion of Pontesbury.	William de Aston, acolyte.[3]	John de Charleton.
,, 31	—Chancellorship of Hereford.	Thomas de Orleton.[4]	The Bishop.
Feb. 18	—Prebendal portion of Bromyard.	John de Trilleck, clerk.[5]	The Bishop.
,, 27	—Billingsley (chapelry)	Ralph Sagon, priest).	Abbot and Convent of Shrewbury.
Apr. 22	—Stottesdon.	Walter de Fynigham, priest.[6]	Abbot and Convent of Shrewsbury.
May 11	—Chetton.	Alan de Rudham, priest.	Alina Burnell.
,, 31	—Prebendal portion of Holdgate.	R. de Ercalewe, priest, rector of Castle Frome.[7]	Alina Burnell.
June 13	—Evesbatch.	Thomas de Fretewelle, clerk.	Simon de Kyngeshemed.
,, 15	—Chantry in the chapel of Hopton.	Roger de Affetote, priest.[8]	John de Hopton.
,, 16	—Long Staunton.	William de Oldebury, priest.[9]	The Chapter of Hereford (*decanatu vacante*).

1—This appointment had been arranged, but not completed, at Avignon, April 27, 1320.

2—William Toky resigns the Vicarage on the same day.

3—It had been held by William Rode.

4—On the death of Robert de Gloucester.

5—On the death of John de la Felde, whose goods were sequestrated until the repairs to the chancel, and to the Portionist's house, were duly carried out.

6—The oath of personal residence is postponed "until the Parliament to be held at York, in three weeks from Easter last past."

7—*In commendam*, on the death of Robert Chete.

8—On the resignation of Nicholas de Stoke.

9—On the resignation of Richard de Chartham.

	DATE.	BENEFICE.	PERSON PRESENTED.	PATRON.
A.D. 1322.	July 15	Prebend of Nonnington	John de Orleton, clerk.[1]	The Bishop.
	Aug. 9	Hope Mansel.	William de Mokholom, priest.	Prior and Convent of Monmouth.
	,, 19	Prebend of Hunderton.	Walter Karles, priest.[2]	The Bishop.
	,, 19	Hampton Bishop.	Giles de Hereford, clerk.[2]	The Bishop.
	Sept. 20	Eaton Bishop.	Richard de Weobley, priest.[3]	The Bishop.
	,, 28	Madeley.	James de Tifford, priest.	Prior and Convent of Wenlock.
	,, 30	Eastnor.	Thomas de Bolleye, priest.[4]	The Bishop.
	Oct. 5	St. Peter's in Stradel [*i.e.* Peterchurch]	William le Harpour, priest.	Prior and Convent of Great Malvern.
	,, 26	Kinnersley.	John de Kinnersley, subdeacon	John de Kinnersley.
A.D. 1323.	June 9	Prebendal porton of Bromyard.	Ely de Trilleck, clerk.	The Bishop.
	Aug. 3	Tretire.	Adam le Budel, priest.	Thomas le Brut.
	Nov. 7	The Service of the Blessed Mary at Bishopstone.	John Bromfield, priest.	(not mentioned).
	,, 25	The same at Ledbury.	John de Prato de Ledbury.	The Parishioners.
	Dec. 21	Much Dewchurch.	William de la Felde, deacon.	Abbot and Convent of Gloucester.
A.D. 1324.	Feb. 7	Weston Beggard.	Thomas de Molendino, priest.	Custos and Brothers of the Hospital at Ledbury.
	,, 16	Edvin Loach.	Richard le Profete de Clifford, acolyte.	Richard Talbot, knight.
	,, 19	Avenbury.	Thomas de Bromyard, priest.	Abbot and Convent of Dore, on the nomination of the Bishop.
	Mar. 27	Willey.	Philip de Harley, priest.	Prior and Convent of Wenlock, on the nomination of Lady Burge de Harley
	Apr. 2	Dymock.	William Lestor, priest.	Abbot and Convent of Cormeilles.
	,, 25	Prebend of Ewithington.	Thomas de Astley, clerk.[5]	The Bishop.
A.D. 1324.	May 18	Monmouth.	John de Horwood, priest.	Prior and Convent of Monmouth.
	June 26	Munslow.	William de Ludlow, clerk.	(not mentioned).

1—On the death of Richard de Dunre.

2—On the death of R. de Ik'., who held both the Prebend of Hunderton and the Rectory of Hampton Bishop.

3—On the same folio, under date September 27, and in the same words is an entry giving Eaton to John Huband, Rector of Eastnor. In both entries the Rectory is said to be vacant by the death of Richard de Eastnor, the last Rector. Richard de Weobley's appointment would seem to have been cancelled.

4—On the appointment of John Huband to Eaton Bishop.

5—On the death of Richard de Hamenasche.

	DATE.	BENEFICE.	PERSON PRESENTED.	PATRON.
A.D. 1325.	Jan. 9	Peterchurch.	John de Hyniton, priest.	Prior and Convent of Great Malvern.
	Mar. 29	Edvin Loach.	Thomas de Blount, acolyte.	Richard Talbot.
	Apr. 19	Brobury.	Thomas de Bosbury, priest.	(not mentioned).
	,, 20	Bosbury.	Henry Boter, priest.	The Bishop.
	June 15	Eye.	Richard de Pureton, priest.	Abbot and Convent of Reading.
	Aug. 14	Hopesay.	Thomas de Clone, priest.	Edmund, Earl of Arundel.
	,, 16	Momele [*i.e.* Mamble]	Walter de Bokenhull, priest.	Abbot and Convent of Shrewsbury.
	Sept. 6	Stoke Bliss.	Richard Woderove, priest.	Prioress and Convent of Lingebrook.
A.D. 1326.	Jan. 17	Thongelonde.[1]	Adam de Ombresleye, priest.[2]	Henry de Bradley.
	Feb. 12	Wolastone.	Nicholas Gerveys, priest.	Abbot and Convent of Tintern.
	Apr. 5	Frampton-on-Severn.	Walter de Finigham, priest.[3]	Prior and Convent of Clifford.
	,, 5	Stottesdon.	Philip de Gossington, priest.	Abbot and Convent of Shrewsbury.
	July 21	Byford.	Hugh de Barewe, sub-deacon.	Prior and Convent of Brecon.
	Sept. 8	Prebend of Norton.	Roger de Breinton, priest.[4]	The Bishop.
	,, 27	Kinnersley.	Nicholas de Caerwent, acolyte.	The Bishop.[5]
	,, 27	Prebendal portion of Burford.	John de Hereford, acolyte.[6]	The Bishop (by lapse).
	Nov. 15	Micheldean.	Walter le Maryner de Gloucester, chaplain.	(not mentioned).
	,, 15	Ludlow.	Richard le Fort, chaplain.	(not mentioned).
	,, 16	Prebend of Wellington.	Roger de Breinton.[7]	The Bishop.
	,, 16	Prebend of Moreton parva.	John de Orleton.[7]	The Bishop.
A.D. 1327	Jan. 30	Chetton.	Hugh de Beysin, priest.	(not mentioned).
	Sept. 26	Prebend of Wellington.	John de Trilleck, acolyte.	Papal reservation.[8]
	,, 26	Prebend of Moreton.	Thomas de Trilleck.	Papal reservation.[9]
	,, 26	Prebend [of Pratum majus]	William de Fownhope, priest.	Papal reservation.[10]

1—For this place see Cant. *Reg.*, p. 203, note.

2—On the resignation of Walter de Bradley.

3—In this institution the Bishop of Hereford acts for the Bishop of Worcester. See p. 356.

4—On the death of Richard de Bello.

5—*Jure sibi legitime devoluto.* See p. 263.

6—On the resignation of Walter de Islip.

7—*In commendam.*

8—On the resignation of John Talbot. William de Ayermin had held this prebend until his consecration as Bishop of Norwich (September 25, 1325).

9—This prebend had been held by John de Ros until his consecration as Bishop of Carlisle (February 24, 1325).

10—On the appointment of James de Berkeley as Bishop of Exeter (consecrated March 22, 1327).

(*b*) Dispensations for absence.

A.D. 1317 Oct. 7—To Nicholas de Knill, Rector of Knill, subdeacon, for study, for one year.[1]

A.D. 1318. Jan. 20—To Robert de Alureston, Rector of Staunton-in-the-Forest, for study, for one year.[2]

Feb. 11—To William de Stretton, Rector of Upton [Cressett], subdeacon, for study, for one year.[3]

„ 12—To Eustace de Chandos, Rector of Tedstone Delamere, acolyte, for study, for one year.[4]

Nov. 30—To William de Barewe, Rector of Sutton-next-Shrewsbury, subdeacon, for study, for one year.[5]

Dec. 23—To Stephen de Clunton, Rector of Oldbury, deacon, for three years.

„ 26—To John Aubrey, Rector of Willersley, for one year.

A.D. 1319. Jan. 11—To Richard de Dane, Rector of Tugford, for one year.

„ 11—To Walter Aubrey, Rector of Hope Sollars, for one year.[6]

„ 11—To William de Tunneyk, Rector of Minsterworth, for two years.

„ 17—To William Hodynet, Rector of Westbury, for study, for six months.

„ 22—To John de Clipstone, Rector of Munslow, subdeacon, for study, for two years.

„ 22—To Richard Dobyn, Rector of Bitterley, subdeacon, for study, for three years.

„ 22—To Hugh de D[part of line cut off] . . . . . for three years.

Feb. 16—To Godfrey de Rudham,[7] Rector of Chetton, priest, for study, for one year.

A.D. 1320. „ 25—To the same, in attendance upon Hugh Despenser the younger, for one year.

Mar. 14—To Robert de Seynesbury, Portionist of Burford, priest, in attendance upon Maurice de Berkeley, for one year.

Oct. 3—To William de Rode, Portionist of Pontesbury, subdeacon, for study, for 2 years.

„ 3—To Robert Pet, Rector of Boraston, priest, for study, for one year.

1—On December 3 a further two years is granted, and two more years on June 11, 1322.

2—A further year is granted on January 11, 1319.

3—On November 29, 1318, a further two years is granted; and on September 30, 1320, three years longer. On September 15, 1326, he receives yet another year, being by this time priest.

4—On November 7, 1318, a further two years is granted; and on October 6, 1320, three years longer; and on April 17, 1322, yet another two years.

5—On March 5, 1320, he received another year; and on September 26, 1321, a further year; and another on March 30, 1322.

6—On February 13, 1321, he obtains another year, being then sub-deacon.

7—In MS. Strudham.

D. 1320 Oct. 14—To Thomas de Dorteforde, Rector of Richard's Castle, priest, in attendance upon John Walwyn, until Easter next.[1]

Nov. 8—To Geoffrey de Picheforde, Rector of Broseley, priest, in attendance upon J. de Foxleye, Baron of the Exchequer, for two years.

Dec. 9—To Richard de Wytton, Rector of Neen Sollars, in attendance upon Roger Mortimer, Lord of Wigmore, for one year.

„ 16—To Richard [de Albrighton], Rector of Beckbury, for one year.[2]

„ 19—To William de Swyneye, Rector of Silvington, subdeacon, for one year.[3]

D. 1321. Feb. 7—To Ralph le Porter, Rector of Eastham, priest, for one year.

Mar. 5—To H., Rector of Whitchurch, in attendance upon the Earl of Pembroke, for two years.

July 2—To Walter Dobin, Rector of Cleobury North, subdeacon, for study, for three years.

„ 9—To William Keke, Rector of Hampton Wafers, for two years.[4]

Sept. 14—To William de Gosynton, Rector of Dorstone, subdeacon, for study, for one year.

„ 23—To Thomas Broun, Rector of Hope Mansel, priest, for study at Oxford, for one year.

„ 24—To Roger Sollers, Rector of Bromesberrow, subdeacon, for study, for one year.[5]

„ 29—To Richard de Forde, Rector of Aston Botterell, subdeacon, for one year.[6]

Oct. 3—To William le Low, Rector of Kington, subdeacon, for study, for four years.

D. 1322. Mar. 17—To Roger de Breinton, Rector of Rock, priest, for study, for five years.[7]

Apr. 13—To Ralph [de Snelleston], Rector of Stretton, in attendance upon John Pecche, knight, until Michaelmas.

May 12—To Alan de Rudham, Rector of Chetton, priest, in attendance upon Eleanor, wife of Hugh Despenser the younger, for one year.[8]

1—A year is granted, on June 13, 1322, to the same for the same purpose.

2—Another year is granted to the same on April 16, 1322.

3—A further year is granted to him on September 15, 1321, on condition that he is ordained deacon and priest in the meanwhile; and on September 17, 1822, he obtains another year. On October 22, 1325, the period of absence is fixed at 7 years from his institution.

4—He is allowed to put out his benefice *ad firmam* for the same time.

5—On October 6, 1322, a further year is granted to him.

6—On September 17, 1322, another year is granted to him; and on October 21, 1323, a third.

7—With permission to go into parts beyond the sea.

8—On March 16, 1324, a year is granted to him for study.

A.D. 1322. June 14—To Thomas de Fretewell, Rector of Evesbatch, clerk, for seven years.

Oct. 19—To William, Rector of Pixley, priest, for study, for one year.[1]

A.D. 1323. Aug. 22—To Roger Tilie, Rector of Kentchurch, priest, for study, for three years.

Dec. 1—To John de Hamenasch, Rector of While, subdeacon, for study, for three years.

A.D. 1324. Mar. 15—To Adam de Marcham, priest, in attendance upon the Earl of Pembroke.

Apr. 6—To William de Breinton, Rector of Mordiford, for study, for three years.

May 24—To John Dobyn, Rector of Cleobury North, subdeacon, for study, for three years.

June 11—To Richard le profete, Rector of Edvin Loach, for study, for three years.

A.D. 1325. Mar. 29—To Thomas le Blount, Rector of Edwin Loach, for study, for three years.[2]

Sept. 26—To John de la Munede, Rector of Llandinabo, for study at Oxford, for one year.

(*c*) Letters Dimissory.

A.D. 1317. Oct. 23—Thomas de la Felde, to deacon's and priest's orders.

Dec. 7—Robert de Alureston, Rector of Staunton, to deacon's orders.

A.D. 1318. ,, 23—Stephen de Clunton, Rector of Oldbury, to priest's orders.

A.D. 1319. Jan. 12—William Amoneth, Vicar in the Cathedral, to priest's orders.

Oct. 1—Adam Murimouth, junior, to all the sacred orders.

A.D. 1320. ,, 26—Thomas de Weston, Portionist of Burford, to all the sacred orders.

A.D. 1321. Jan. 10—John de Stretton, Rector of Easthope, to deacon's and priest's orders.

,, 25—John Aubrey, Rector of Sapy, to priest's orders.

,, 25—William Cok de Sutton, "having sufficient title," to priest's orders.

Feb. 13—Solomon "dictus Romayn" de Leominster, to priest's orders.[3]

A.D. 1322. Mar. 6—John Rees, Rector of Dorstone, to deacon's and priest's orders.

1—On November 3, 1323, another year is granted to him.

2—He is to receive sub-deacon's Orders within the first year.

3—*Dum tamen litteratura ydoneus inventus est.*

A.D. 1322. Mar. 6—John de Henley, Rector of Edvin Ralph, deacon, to priest's orders.[1]

Apr. 15—Gilbert Achard de Lydeney, to deacon's orders.

June 13—John Owen de Mamble, to all the sacred orders.[2]

A.D. 1323. Nov. 25—William de Stretton, Rector of Upton [Cressett], to priest's orders.

Dec. 6—William Golafre, Rector of Aure, to deacon's and priest's orders.

,, 17—Adam dictus le Low, Rector of Whitney, to subdeacon's orders.

A.D. 1324. Jan. 10—John de la Felde, Canon of Hereford, to deacon's and priest's orders.

June 4—Thomas de Astley, Canon of Hereford, to priest's orders.

,, 11—Walter de Lude, to deacon's and priest's orders.

Nov. 28—Stephen de Tempdebery, to all the sacred orders.

A.D. 1325. Mar. 29—Thomas le Blount, Rector of Edwin Loach, to all the sacred orders.

Apr. 18—John le Mason de Lynhales, to all the sacred orders.

May 16—Robert de Bruneshope, Rector of Credenhill, to deacon's and priest's orders.

,, 23—Richard de Bosbury, to priest's orders.

,, 29—Walter de Dene, to subdeacon's orders.

Sept. 11—John Joyce, Vicar of Bodenham, to all the sacred orders.

,, 11—John Bond de Hereford, to deacon's orders.

,, 11—John de Steymor, to priest's orders.

,, 12—Nicholas de Garway, to priest's orders.

,, 14—John, son of Richard Fullo of Fownhope, to deacon's and priest's orders.

,, 14—William Bertram, to priest's orders.

,, 14—Nicholas Savage of Much Marcle, to priest's orders.

,, 16—Hamo Mangaunt, to priest's orders.

,, 17—Thomas Fretwell, Rector of Evesbatch, to deacon's and priest's orders.

,, 19—John de Lude, to all the sacred orders.

,, 26—William Caylon of Baysham, to deacon's and priest's orders.

A.D. 1326. Jan. 4—John de Hamenasch, Rector of While, to priest's orders.

,, 31—John Russel de Fownhope, to all the sacred orders.

Feb. 9—Thomas Haklute, to the first tonsure, and the other minor orders.

1—On his appointment to Edvin Ralph, June 13, 1321, he was only an acolyte. There is no record of his receiving the intermediate Orders.

2—*Si litteratura ac moribus ydoneus reperiretur.*

INDEX.

Archbishops and Bishops are indexed under the names of their sees.

When the proper name of an officer and the name of the office are given in th text, the former only is indexed.

Aaron, John, 267.
Abel, Sir John, xv.
Abenhall, 385; Ralph de, 319; Reginald de, 385.
Abergavenny, Dean of, 150, 154; Prior and Convent of, 150, 154; Priory of, xix, 151, 190.
Abergwili, Dio. St. David, 266.
Abraham, John, 243.
Ace, John, 92, 94, 98.
Acle, Dio. Norwich, vii, xi, 43, 102.
Acornbury, Prioress and Convent of, 128, 133, 176, 200, 254.
Acton Scott, 61, 145,
Addington, Simon de, 344.
Adwell, Dio. Lincoln, 198.
Affetote, Roger de, 387.
Aishoby, Dio. Carlisle, x.
Aka, Nicholas de, 85, 86, 89, 104, 105, 110, 162; *see also* Rock.
Albrighton, Richard, 391.
Alcamston, 346.
Alcaston, Chapel of, 61.
Aldonestre, Richard de, 198, 387.
Aldsworth, Dio. Worcester, 347.
Aleyn, William, 370.
Allensmore, 66.
Almeley, 250, 365.
Alureston, Robert de, 367, 390, 392.
Amiens, xviii, 334.
Amoneth, William, 392.
Anagni, viii.
Anselm, 132 *n*.
Aquablanca, John de, 17, 67, 130, 186, 277, 386 *n*.
Aquitaine, xiii *n*, xv, xvi, xxxiii, xxxiv.
Archenfield, Dean of, 63; Deanery of, 68.
Arches, Dean of, xxxi, 104, 135, 275, 304, 305.
Aremyne (Ayermin), William de, 26, 76, 137, 386, 389 *n*; *see also* Norwich, Bishop of.
Arley, Matilda de, 331; William de, 331.
Arras, Adam, 386.
Arundel, Edmund, Earl of, 61, 265, 333, 346, 387, 389.
Ashbury, 22.
Ashton, William de, 173.
Askeby, Thomas de, 251.
Assche, William de, 385.
Asserio, Rigaud de, 40, 41.
Astley, Thomas de, xlii, 105, 326, 383, 388, 393.
Aston, xiv; Robert de, xxviiii *n*; Roger de, 351, 352, 366; Simon de, 387, William de, 387.
Aston Botterell, 391.
Aston Ingham, 31, 183, 293, 387
Atelake, William 15.
Atferton, Alice de, 205; Roger de 205.
Aubrey, John, 390, 392; Walter, 115, 390.
Audely, Hugh de, xiv, xv *n*, xxi.
Aure, 393.
Avenbury, 144, 174, 197, 202, 267, 387, 388.
Avignon, iv, v, vii, viii, x, xvii, xviii, xix, xlii, xlv *n*, 10, 60 *n*, 110, 112, 131, 387 *n*.
Aylenetone, Adam de, xlvii *n*, 1, 2, 41, 59, 98, 137, 149, 160, 162, 276, 306, 385, 386, 387.

Baa, Nicholas de, 225, 231.
Badlesmere, Lord, ix, xii, xvii, xviii, xxv, 53, 146.
Baggishore, Giles de, 113.
Baker, Geoffrey le, xlviii *n*.
Baldock, Ralph, *see* Bishop of London; Robert, xxxiii, xxxvi, xxxvii, xl, xli, xliii, xlv.
Balenbiz, Peter, 32.
Ball, Hugh, 385.
Bardi, Firm of, 131.
Barewe, Hugh de, 31, 293, 295, 389; William de, 390.
Barthon, Peter, 386.
Bartonsham, Prebend of, 123, 322, 386.
Barry, Thomas, 386.
Baskerville, Roger de, 386.
Basset, Sir Ralf, 335.
Bath and Wells, Bishop of (John de Drokensford), iii, v, xxiv. xxxi, xxxiv, xli *n*, 94, 98, 103, 105, 107, 381.
Bayonne, xlix.
Baysham, 393; James de, 225.
Bec-Herluin, 132 *n*.
Beckbury, 391.
Beckley, 184.
Bedfont, Dio. London, 161.
Beissyn, Hugh de, 209, 372, 389.
Belgrave, Peter de, 354, 355.
Bello, Richard de, vi, ix *n*, 389 *n*.
Beke, Ralph de, 299; Robert de, 322.
Benedict XII, Pope, v.
Benstede, John de, xl.
Berde, Richard, 147.
Bergavenny, Vincentius de, 263.
Berkeley, xxxvi; James de, ix, 32, 375; Maurice de, 390.
Berkshire, Archdeacon of, 149, 202, 365; *see* Tido de Varisio.
Bernard, Adam, 313.
Bertram, William, 393.
Bertrand, Cardinal, xi.
Bicknor, 319, 321.
Bikedon, William Fitzwilliam de, 385.
Billingsley, Chapel of, 387.
Birytone, Hugh de, 332.
Bishop's Castle, xxiii, xxiv, xxviii. 178.
Bishop's Frome, 313.
Bishopstone, Service of Blessed Mary at, 388.
Bishopstowe-in-Gower, 263.
Bitterley, 390.
Blaneford, Henry de, xxvi, xxix, l, li.
Blount, Sir Thomas de, xxxvii *n*, 389, 392, 393; William le, xxxvii.
Bocce, John, 387.
Bodenham, 393; Robert de, 296.
Body, Philip, 33; Robert, 122; Williiam, xv *n*.
Bohun, Humphrey, xii, xvi *n*, xxi.
Bokenhall, Walter de, 386, 389.
Boleye, Thomas de, 258, 275, 277, 312, 349, 361, 372, 388.
Bond, John, 393.
Boneville, Walter de, 155, 188.
Boniface VIII, 10.
Boniour, Henry, 121.
Bonitone-juxta-Notynghame, 9.
Boraston, 390.
Bordeaux, Constable of, 336.
Boroughbridge, xxv.
Bosbury, xxii, xxiv, 245, 387, 389; Thomas de, 201, 202, 389; Richard de, 393.
Boter, Henry, 386, 389.
Both, John, 88.
Botiller, John de, xxviii *n*.
Botterley, J. de Broke de, 385.
Boulogne, xviii.
Bourchier, Sir Robert, xlvi, xlvii.
Bourton-by-Bampton, Dio. Lincoln, 198, 210, 211, 244, 252.
Bradley, Henry de, 389; Sir Roger de, 5; Walter de, 5, 389 *n*.
Bransford, Wulstan de, xliii, 154.
Braose, Hugh de, 200; William de, Earl of Gower, xxi.
Bray, William de, 39.
Brayne, William, 342.
Braynton, William, xxviii *n*.
Braytone, Thomas de, 26.

Brecon, xxxiv : Prior and Convent of, 112, 113, 295, 389.
Brenchley, Richard de, 325.
Breinton, Roger de, xxii, xlvii *n*, 40, 58, 59, 60, 76, 77, 78, 110, 113, 114, 116, 118, 119, 181, 205, 214, 242, 383, 389, 391 ; William de, 183, 242, 330, 387, 392.
Brian, Adam, 238.
Bridge Sollers, 200, 254.
Bridgnorth, xxii; Dean of, 57.
Bridport, John de, 331.
Bridstow, 179.
Brinsop, John de, 212, 216.
Bristol, xxxvi ; John de, 179, 221, 338, 350 ; St. Augustine's, 92 ; Abbot and Convent of, iii, 94, 98.
Brobury, 389 ; William de, 283.
Bromfield, 89, 257 ; John de, 8, 16, 60, 107, 119, 124, 178, 371, 388.
Bromsberrow, 82, 391.
Bromsgrove, William de, 127.
Bromshall, John de, 262.
Bromwich, Richard de, xx, 151, 154, 155.
Bromyard (Brobbiart), x, xxiii, 17, 105, 241, 262 *n*, 267, 385 *n*, 386; John de, 350 ; Portionists of, xli *n*, 387, 388 ; Thomas de, 388.
Broseley, 391.
Broughton, Dio. Lincoln, 343, 344, 345.
Brown, John, 27, 65, 71, 72 ; Robert, xi *n*, 8, 81 ; Thomas, 27, 244, 252, 391.
Bruce, Robert, xviii.
Bruko, Walter de, 115.
Brunscope, John de, ix, 297 ; Robert de, 393.
Brustwyk, Robert de, 350 *n*.
Brut, Hugh de, 385 ; Thomas le, 388.
Bruton, Lawrence, 119.
Bruyn, William, 325.
Bucks, Archdeacon of, *see* Richard de Bellow.
Budel, Adam le, 388.
Bullinghope, Prebend of, 130, 186, 220, Burford, 76, 198, 330, 331, 348, 354, 355, 386, 387, 390 ; Dean of, 264 ; John de, xv, 64 ; Portionists of, 389, 392.
Burghersh, Bartholomew de, xlii ; Henry de, *see* Lincoln, Bishop of.
Burghill, Henry of, 303 ; John de, 165 ; Thomas de, xx.
Burghwallis, Dio York, 267.
Burnell, Lady Alina, 209, 234, 385, 387.
Burton, Richard, xv.
Bury St. Edmund's, xxxv.
Byford, 146, 294, 295, 389, Hugh de, 266 ; Richard de, 296.
Bykerton, Richard de, vii.

Caerwent, Nicholas de, xlvii *n*, 263, 361, 389.
Caillan, Arnaut, 334.
Camborne, Ralph de, 168.
Cambridge, xxxv.
Campden, xxxi.
Canterbury, Archbishops of (Thomas Becket), xiii, xli *n*, xlvii ; Simon Meopham, li ; (Walter Reynolds) iv, xi, xii, xiii, xxii, xxvii, xxx, xxxv, xxxvii, xl, xliii, xlvi, li, 1, 3, 4, 5, 14, 23, 24, 25, 29, 35, 49, 79, 87, 103, 107, 135, 139, 196, 206, 218, 235, 261, 263, 269, 271, 310, 311, 340, 359, 362, 368, 373 ; (John de Stratford), xliv, xlvi, xlvii, li ; (Robert Winchelsey) 288 ; Archdeacon of (Peter de Taleriis), 31 ; Chapter of, xliii ; Christ Church, 129 ; Court of, xxx, 78, 189, 242, 258, 259, 260, 265, 297, 299, 300, 308, 319, 321, 327, 355, 363, 378, 379, 380 ; Official of, 135, 355, 363, 376.
Cantilupe, Thomas de, *see* Bishop of Hereford.

Carbonel, Adam, 5, 14, 27, 37, 65, 66, 71, 72, 209, 372.
Cardiff, xxi, xxvi, xxxvi; Hugh de, 165, 166 *n*, 167, 170, 171.
Cardinals, Nicholas Albertini (of Ostia), xi; Arnold, 166; Bertrand (of St. Mary's in Aquiro), xi, 120; Gaucelin (of SS. Marcellinus and Peter), xiii, 9, 28, 268, 293, 367; Luke de Flisco (of St. Mary in Via Lata), xiii, 9, 28; de Pel, ix; de Testa, 77.
Carles (Karles), Walter, xxviii *n*, xlvii *n*, 119, 178, 247, 387, 388.
Carlisle, Bishop of (John de Ros), 389 *n*.
Carpenter, John, 112.
Carpentras, vii.
Cary, Cecil de, 342.
Castle Frome, 387.
Castle Holdgate, 234, 238.
Catharia, John, 75; Palæologus, 75.
Caylon, William, 393.
Caynham, 386.
Cays, Henry, 204.
Chabbenmore, Richard de, xxiv *n*.
Chandos, Eustace de, 390; Roger de, xxviii *n*, 347; Thomas de, xxxvii, 145, 153, 210, 246, 247, 275, 285, 307, 308, 312, 321, 324, 333.
Charles IV, xxxiii, 334
Charleton, John de, 387; Thomas de, x, 279.
Chartham, Richard de, 387 *n*.
Chedworth, Thomas de, 264, 331, 348, 354, 355.
Cheltenham, 262.
Chepstow, Prior of, 82.
Chester, Archdeacon of, *see* Richard de Hatheringe; Edward, Earl of, 149.
Chete, Robert, 387 *n*.
Chetton, 196, 372, 385, 387, 389, 390, 391.
Chigwell, Hamo de, xv, xl *n*, 65; Joanna, xl *n*; Richard de, xl *n*.
Chipping Norton, 119.
Chirbury, 229; Prior of, xxv, 172, 212, 215, 226, 228.
Chillingham, Roger de, 323.
Chirk, xxiii.
Choete, Robert de, 209.
Churcham, 287.
Cirencester, xxii, xxxvii.
Clare, Richard de, 163.
Clehonger, John de, 90, 94.
Clement V, Pope, iv, v, vii, viii, 2, 146, 189, 214.
Cleobury Mortimer, 355, 386.
Cleobury North, 391, 392.
Cleobury, Walter de, 386.
Clifford, Roger de, 134; Rosamund, xli *n*; Prior and Convent of, 387; 389; Richard le Profete de, 388, 392.
Clifton, Henry de, 376, 378, 379; Robert de, 377.
Clipston, John de, 8, 16, 390,
Clone, Thomas de, 389.
Clunton, Stephen de, 390, 392.
Cobham, Thomas, *see* Worcester, Bishop of.
Coliarc, William de, 172, 173.
Collington, John de, 65.
Coln St. Denys, Dio. Worcester, 346.
Coloure, Rousillin, xlix.
Colwall, 156.
Conderton, John de, 332.
Conesburgh, Alan de, xli *n*.
Coreley, 386; Philip of, 89.
Cormeilles, Abbot and Covent of, 65, 71, 72, 388.
Cornewalle, Geoffrey de, 331, 354, 386, 387.
Cornidal, William de, 32.
Coston, John de, 127, 137, 138, 385.
Coventry, xxv; Bishop of (Walter de Langton), 167, 170, 171; (Roger de Northburg) 333; Diocese of, 165.
Cowarne, 95, 98.
Cowley, John de, 169.
Cradley, 178, 387.
Credenhill, 393.

Cromwell, Oliver, l.
Crycetot, George, 82
Cubbington, 62.
Cusop, 386.

D——, Hugh de, 390.
Dale, Robert, ii *n*.
D'Amory, Roger, xii, xxi.
Dane, Richard de, 390.
Daniel, John, 98.
Darlington, St. Mary's, x.
Dartford, Thomas de, 266.
Davenham, 59.
De la Moore, xxv, xxvi, xxix, xxxii. xxxiv, xxxv, xxxix, xli, xlv *n*, xlviii, xlix, l.
Dene, Walter de, 393.
Denoth, William, 387.
Denton, John de, 326, 327.
Despenser, xii, xv *n*, xvi *n*, xviii, xxi, xxii, xxv, xxvi, xxviii, xxix, xxx, xxxii, xxxiii, xxxiv, xxxxv, xxvi, xxxvii, xliii, xlvi; 205, 235; Eleanor, 391,; Hugh the younger, 390, 391.
Deuse, Jacques, *see* John XXII.
Deuxhill, 373, 375.
Deyere, Henry le, 364.
Diddlebury, 89, 239.
Dinmore, Preceptory of, 296, 297.
Disse, Walter, vi *n*.
Ditton Priors, 131, 255.
Dobyn, John, 392; Richard, 390; Walter, 391.
Doddlesbury, 90.
Dore, Abbot of, xliii, 193; Abbot and Convent of, 144, 155, 174, 197, 202, 387, 388.
Dorstone, 223, 242, 254, 277, 387, 391, 392.
Dortford, Thomas de, 385, 391.
Dover, xvii, 130.
Drokensford, John, *see* Bath and Wells, Bishop of.
Dublin, Archbishop of, xxvii, xxxvi *n*, 257; Canon of St. Patrick's, 76.
Duston, Co. Northampton, iv *n*.
Dunre, Richard de, 241, 247, 388 *n*.
Durham, Bishop of (Louis de Beaumont), iv, xiii, xxv.
Dymock, 82, 388,

Eardisland, 179, 365.
Eastham, 391.
Easthope, Rector of, 33, 392.
Easthorpe, Robert de, 373, 375.
Eastnor, 388; Henry de, 277; Richard de, 84, 92, 98, 110, 137, 149, 153, 160, 386, 388 *n*.
Eaton, 388.
Eaton Bishop, 386, 388.
Eaton Tregoz, St. John, 333.
Edgmond, Dio. Lichfield, 96.
Edmund, Earl of Kent, xviii, xxiv *n*.
Edward I, iii, xii *n*, 147, 309.
Edward II, iv, vi, 322, 326, 334, 359, &c.
Edward III, xxvii *n*, xxxiv, xxxvi, xxxvii, xxxix.
Edvin, Thomas de, 385, 387.
Edvin Loach, 388, 389, 392, 393.
Edvin Ralph, 243, 385, 387, 393.
Eigne, 140, 142; Prebend of, 386.
Elleker, John de, 330, 348.
Elmswell, Dio. Norwich, 225.
Elsfield, Richard de, 251.
Ely, Bishop of (John de Hotham), xxvii *n*, xxxvi *n*, xl, 47; (John de Keton) ix.
Engolisma, Hugh de, Papal Nuncio, xlii *n*, 298, 302.
Ercalewe, Robert de, 209, 387.
Erleslonde, John de, 100.
Eton, 176.
Enledone, Gilbert de, 312.
Evesbatch, 387, 392, 393.
Eversden, Hugh de, xiii.

Evesham, Dio. Worcester, xiv; Abbot of, xliii; Geoffrey de, 331.
Ewithington, Prebend of 326, 388.
Exeter, Bishop of (James de Berkeley), 389 *n*; (Walter Stapledon) xi, xviii, xxxiii, xxxviii, 123.
Eye, 7, 329, 389.
Eyton, John de, 370; Th omas de, 14.

Farnham, Dio. Winton, xlvii *n*.
Felde, John de la, 5, 37, 58, 62, 285, 312, 313, 372, 383, 387 *n*, 393; Richard de la, 95, 98, 153; Roger de la, 4, 5; Thomas de la, 105, 392; William de la, 388.
Fevre, John le, xxviii *n*; Walter le, xxviii *n*.
Fileul, Robert 276.
Finningham, Walter de, 222, 356, 387, 389.
Fitz Hugh, Hugh, 346.
Flaxley, Abbot of, 204.
Force, William le, 168.
Forde, Richard de, 391.
Forest, 319, 321; Charter of the, 316; Deanery of the, xiv, xxx, 68, 82, 256; Dean of the, 287.
Forrest, Agnes, 89; Henry, 89.
Fort, Richard le, 389.
Forton, John de, 268.
Fownhope, 179, 347, 393; John Russell de, 393; Robert, Vicar of, 247; William (Russel) de, 6, 110, 157, 173, 225, 229, 233, 266, 272, 275, 278, 281, 295, 304, 306, 307, 308, 311, 313, 319, 330, 332, 333, 343, 346, 347, 348, 354, 361, 362, 374, 385, 389.
Foxley, J. de, 391.
Foxton, John Richard de, 32.
Foy, William de, 333.
Frampton-on-Severn, Dio. Worcester, 356, 357, 389.
France, King of, 309.
Frendwike, John de, 139
Frene, John de, 387.
Fretwelle, Thomas de, 387, 392, 393.
Frome, Dean of, 86, 89, 98; John de, 363.
Fulford, Thomas de, xxiv *n*.
Fullon, John, 347, 393; Richard, 347, 393.
Fuller, i *n*.

Galeys, Howel le, xxiv *n*; Philip, 92.
Gascony, xx, xxxiii; Seneschal of, 335, 336.
Gastard, Fulk, xix, 151, 155, 192.
Garston, Rowland de, 370.
Garwey, Nicholas de, 393.
Gaveston, Piers, xii.
Genoa, Canon of, 75.
Gerveys, Nicholas, 389.
Giffard, John, xii, xxii *n*, xxv, 55.
Gilbert atte Nash, xxiv *n*.
Glamorgan, xxi.
Glazeley, 386; Alan de, 386; Nicholas de, 386; Thomas de. 386.
Gloucester, xx, xxi, xxii, xxiii *n*, xxiv, xxxvi, 75, 285, 306; Abbot and Convent of, 64, 95, 98, 250, 287, 385, 387, 388; Archdeacon of, 357; Giles de, 179; Robert of, iii, 17, 32, 95, 127, 209, 387 *n*; Robert of, Rector of Willerby, 127; Sheriff of, *see* John de Hampton; St. Peter, xix; Walter le Maryner de, 389.
Godchep, John, 209.
Godele, J. de, 381.
Godstow, 75.
Godwin, i *n*.
Golafre, William, 393.
Goldcliff, Prior of, 132.
Golopyn, Gilbert, 110.
Goodrich, 199; Constable of, 122; John, 385; Vicar of, 63.

Gordon, John de la Cluse, 330.
Gosington, Philip de, 356, 389; William de, 387, 391.
Gournay, Sir Thomas, xlix.
Gower, xii *n*, xxi.
Grandison, Otto de, vi.
Graunsoin, Piers de, xxxiv *n*.
Great Collington, 385.
Gregory X, Pope, 10.
Grendon Bishop, 333.
Grendon Warren, 385.
Grey, John de, iv *n*.
Griffin ap Ririd, 173.
Grosmont Castle, Bailiffs of, 150.
Gwyllen, 323.
Gynes, Thomas de, xxviii *n*, 241, 329, 352.

Hachwy, John de, xxiv *n*.
Hainault, John of, xxxiv, xxxv; Philippa of, xlii *n*.
Haklute, Thomas, 393.
Halghtone, Richard de, 156.
Hamenasch, John de, 312, 392, 393, Richard de, 7, 14, 15, 17, 26, 32, 58, 251, 285, 321, 383, 388 *n*.
Hamelyn, John, 287.
Hampton, John de, xxviii, 262; Robert de, 284.
Hampton Bishop, Manor of, xxviii *n*, 388.
Hampton Wafers, 387, 391.
Hanbury, Dio. Worcester, 96.
Hanlow, Sir John de, 209.
Hanwell, Oxon, vii; Rectory of, Dio. Lincoln, 43; Church of, 64.
Hanwood, 385; Reginald, 385.
Harley, Lady Burge de, 272, 281, 296, 388; Philip de, 272, 278, 281, 388.
Harlowe, Richard de, 225.
Harold, Richard, 173.
Harpenden, Thomas de, 371.
Harpour, William de, 388.
Hartlebury, xlii, 64.
Harwich, xxxv.
Hastings, John de, xix, 300, 322; Thomas de, xxiv.
Hatheringe, Richard de, 382.
Hay, William de la, 28.
Hayles, Monastery of, 367.
Heieham, Galfrid, xv, 65.
Heightinton, Walter, Chaplain of, 330.
Hele, xxiii.
Hendon, Dio. London, 266.
Henley, James de, 42, 66, 102, 275; John de, 243, 387, 393; Richard de, 145.
Hengate, Nicholas de, 56.
Henry II, xli *n*.
Hentlan, Chapel of, 386 *n*.
Herbard, Walter, 63.
Hereford, i, ii, xi, xxiii, xxvi, xxxiv, xxxvi, xxxvii, xlv, 220, 249, 393; All Saints, 339; Archdeacon of, 21, 25, 31, 41, 66, 183, 199, 209, 225, 244, 313; *see also* Thomas de Chandos and Henry de Schorne; Bishops of (Thomas de Cantilupe), i, iv, vi *n*, xvii, xviii, xl *n*, 30, 40, 42, 44, 76, 77, 139, 142, 143, 147, 158, 189, 200; (Thomas Charleton) xli *n*; (Hugh Foliot) 141; (Ralph de Maidstone) xl *n*; (Hugh de Mapenore) 140; (Adam de Orleton) i, ii, iii, &c.; (Richard Swinfield) vi, x, xiv, xl *n*, 1, 4, 33, 34, 38, 39, 40, 58, 138, 147, 189, 224, 268, 309, 383; (John de Trilleck) xlvii *n*; Canons of, *see* Thomas de Astley, Richard de Bello, John de Brunes-hope, John de la Felde, Nicholas Hengate, James de Henley, Adam Murimouth, Roger de Northburgh, John de Orleton, Hamo de Sandwich, Thomas de St. Omer, John de Trilleck, Thomas de Trilleck; Cathedral of, 158; Chancellor of, 102, 387, *see also* Robert of Gloucester; Chapter of, 137, 162, 165, 167, 201, 239, 249, 279, 387; Commissary General, 225, *see* Richard

de Sidenhale; Dean of, 2, 40, 44, 86, 89, 102, 305, 342, *see also* John de Aquablanca; Dean and Chapter of, x, xiv, xix, 1, 17, 20, 37, 46, 51, 83, 84, 95, 142, 146, 326, 353; Diocese of, 165; Earl of (Humphrey de Bohun), xv *n*, xxi, xxiii, xxv, 88; Giles de, 388; Hugh de, xxv, 226, 228; John de, 332, 389; Official of, 4, 17, 42, 54, 61, 62, 68, 71, 74, 121, 128, 136, 144, 157, 183, 215, 225, 244, 258, 275, 278, 361, 364, 385 *n*, *see also* Richard de Vernon; Precentor of, *see* Richard de Hatheringe; Sheriff of, xx *n*, xxvii, 147, 149, 231, 327; St. Giles, 205; St. Martin's, 339; Sub-dean of, 28; Treasurer of, *see* Thomas de Pembridge; Vicar-General of, *see* Richard de Vernon.
Hereward, Robert, 123, 322, 386.
Hervey, Richard, 110, 114.
Herwynton, Adam de, 209, 374, 375.
Heyton, R de, 96.
Hidcote, John de, 140, 142.
Highley, 57.
Hildesle, John de, x.
Hinton, 79, 84.
Hodonet, xxiii; William de, 229, 248, 390.
Holdgate, Prebendal portion of, 209, 387.
Holme Lacy, Manor of, 95.
Holnaked (Halfnaked), Adam, xxviii *n*, 306.
Honson, John, 385.
Hope, Stephen de la, 39.
Hope Mansel, 74, 243 *n*, 244, 252, 388, 391.
Hopesay, 331, 389.
Hope Sollars, 115, 390.
Hopton, Chantry in Chapel of, 387.
Hopton, John de, 332, 387; Thomas de, 116.
Hopton Cangeford, Chantry of, 332.
Hopton Wafers, 233, 238.
Horsington, Dio. Bath and Wells, 105.
Horwood, John de, 388.
Hounslow, Monastery of, 161.
Howel le Galeys, xxvi *n*.
Huband, John, 332, 388 *n*.
Hugeford, Wautier de, xxxiv *n*.
Hulle, Nicholas de la, 333.
Hunderton, Prebend of, 388.
Hungary, Queen Gertrude of, xlv n.
Huntley, 163.
Huntington, 15,
Hyniton, John de, 389.
Hurtesley, Milo de, 223, 224, 244; Walter de, 223.

Ik', R. de, 388 *n*.
Iklesham, Robert de, 58, 383.
Inge, John, xxviii.
Inkberrow, Dio. Worcester, Prebend of, 108, 109, 216, 385.
Inkpenne, Roger, 52.
Irby, John, xxvi; Richard, xxvi, 232; Thomas, xxvi, 232; William, xx, xxvi, xxviii, xxx, xxxi, xxvii, xliii, 258, 275, 277, 285, 297, 305, 306, 307, 308.
Irwin, John, 197.
Isabella, ii *n*, xxii, xxvi, xxx, xxxii, xxxiv, xxxv, xxxvi, xxxvii, xxxviii, xli, xlii, xlv, xlvi, 37, 296 *n*, 359, 371.
Islip, Walter de, 76, 331, 348, 389 *n*.
Italy, iv *n*,
Iweyn, John, 284; Nicholas, 221.

John, King, xviii.
John XXII, Pope, v, viii, ix, xi, xiii, xvii, xx, xxix, xxx, xxxi, xlii, xliii, xliv, 2, 43, 47, 52, 59, 64, 76, 107 *n*, 112, 151, 158, 177, 186, 235, 381.
Joyce, John, 393.

Keke, William, 387, 391.
Kelmscott, John de, 131, 255.
Kemesey, John de, 40.
Kempley, 82.
Kenilworth, xxxvii, xxxviii, xxxix, xlv *n*, xlviii.
Kentchurch, 392.
Keynsham, Abbot of, 92, 94, 98; Abbot and Convent of, 103, 107.
Kew, Thomas le, xxviii *n*.
Kiftgate, 262.
Kilpeck and Lugwardine, Alan de Plokenet, Lord of, 95, 260, 386: Prior of, 183.
Kimble, Robert de, 350.
King's Pyon, 339.
Kingscote, William de, 41.
Kingstone, 136.
Kington, xv *n*, 88, 145, 339, 365, 391.
Kinlet, 172, 173.
Kinnersley, 363, 366, 387, 388, 389; John de, 266, 363, 387, 388.
Kinver, Dio. Lichfield, 333.
Knapton, John de, 84; Wiliam de, 79, 83, 84.
Knill, 390; Nicholas de, 390.
Koke, John de, 42,
Kyneford, John de, 93.
Kyngeshemel, Simon de, 387.
Kynley, John de 61.
Kynton, John de, 386.

Labreto, Guiscard de, 32.
Lancaster, Edmund of, xii *n*; Henry xxxi, xxxii, xxxvi, xxxvii, xxxix, xl, xliv, xlv *n*, xlvi, li, 150; Thomas of, xii, xvi *n*, xxi, xxiii, xxv, xxxi, 218.
Llangarren, Chapel of, 386 *n*.
Langetlau, 266, 386 *n*.
Lastres, Simon de, vii *n*.
Laudunum, William de, 194, 196.
Ledbury, xxiv, xxxvii, 85, 104, 147, 255, 387; Hospital of, 82; Master and Brothers of the Hospital of, 386, 388; Hugh de, 350; John de Prato de, 388; Parishioners of, 388; Prebend of, 386; Service of Blessed Mary at, 388; Stephen de, 1, 302.
Leeds, xxii, xxiii.
Leek, xvi.
Leland, i.
Le Man's, St. Vincent's, Abbot of, xx.
Lemon, Thomas, 80, 90.
Leominster, 365; Hugh de, 51, 149; John de, 350; Solomon de, 392; Walter de, 177.
Letton, 223, 224, 244.
Lestor, William, 388.
Leye, John de, 275.
Lichfield, Bishop of (Walter de Langton), 96; (Roger de Northburgh), 248.
Lillisford, Alexander, xxviii *n*.
Limebrook, Priory of, 251, *see also* Lingebrooke.
Lincoln, Bishop of (Henry de Burghersh), xvii, xviii, xxiv, xxv, xxxi, xxxiv, xxxv, xxxvi *n*, xxxvii, xxxix, xlii, xliv, xlix, 155, 198, 210, 252, 343, 372; John Balderby) xvii, 21; (Robert Grosseteste) vii, xix; Dean and Chapter, 163.
Lindridge, 386; John, Vicar of, 173.
Lingebrooke, Prioress and Convent of, 389.
Linton, 179; Richard, Vicar of, 217.
Little Hatfield, St. Leonard's, 333.
Llancant, 385.
Llandaff, 261, 319; Bishop of (John de Monmouth) xv *n*, xx, 75, 174, 150, 156, 157; (John de Eglescliff) 261 *n*, 319, 321; Chapter of, 262; Treasurer of, *see* Richard de Halghtone,
Llanderfel, 71.
Llandinabo, 392.
Llanrothal, 386.
Llanthony, Prior of xliii Prior and Convent of, 7, 62.

Llanwrin, 71.
London, xiv, xlv, 50, 60 *n*, 131, 307 325; Bishop of) Ralph de Baldock), vi, 39; (Stephen de Gravesend) 87, 105, 269, 273, 325, 329, 359, 368; (Gilbert de Segrave) 161; Henry de, 189, 242; Montalt, xv, xl, 54; St. Paul's, Chapter of 161.
Longford, Thomas de, xxviii *n*.
Longhope, 82.
Long Staunton, 239, 387; Lawrence de, 54.
Low, Adam le, 351, 352, 393; William, 391.
Lucas, Adam, 127, 284.
Luco, Francis de, 125.
Lucy, Robert de, 4, 5.
Lude, John de, 393; Walter de, 393.
Ludlow, xxiii, 183, 189, 389,; Dean of, 257, 313; Edmnnd de, 184; Henry de, 296; John de, 110, 113, 114; John Scheremon de, 386; Matthew de, 189; Nicholas de, 7, 189, 307, 308; Priory of, 252; Prior of, 253, 254; Rector and Burgesses of, 252, 253, Reginald de, 3; Richard de, 184, 265; Thomas de, 7; William de, 101, 142, 299, 300, 304, 388.
Lugwardine, 39, 60 *n*, 88, 95, 386; John de, 75, 241, 332; William de, 32, 64.
Lydbury North, xiv, 178.
Lydney, 82; Hugh, Vicar of, 97; Gilbert Achard de, 393.
Lynhales, John le Mason de, 393.
Lynwood, John de, 82, 225.
Lyons, iv *n*, viii; Council of, 10.
Lyre, Proctor of, 179, 213.

Machynlleth, 71.
Madeley, 54, 61, 110, 229, 248, 267, 385, 388; Walter de, 59, 60,
Maidstone, Ralph de, *see* Hereford, Bishop of.
Malmesbury, Chronicler of, l.
Malvern, xxviii *n*; Prior and Convent of, 388, 389.
Mamble, 389; John Owen de, 393.
Mangaunt, Hamo, 393.
Marcham, Adam de, 392.
Mareschal, Hugh le, 329; Robert le, 329.
Marisco, Thomas de, 387; Walter de, 287.
Marseilles, xlix.
Masinton, William de, xxviii *n*.
Maunser, John le, 250.
Meole Brace, 280, 386.
Melton, W., *see* York, Archbishop of.
Mende, Bishop ot (Durandus), xl *n*.
Mitcheldean, 389.
Middleton, 325; Gilbert, vi, 32, 76, 79, 85, 104, 109, 124, 255, 323.
Middleton Scriven, 373, 375.
Minsterworth, 8, 25, 26, 27, 364, 390.
Moccas, 198, 210, 217, 387.
Mokholom, 252; David de, 98; William de, 210, 211, 244, 252, 388.
Molendino, Thomas de, 388.
Moniword, John, 50; William, 50, 59.
Monmouth, xxxvii, 63, 388; Abbot and Convent of, 386; Alexander de, 261, 263; Church of, 63, 156; Prior of, 27, 63, 145, 168, 388.
Monnington, 40, 58; Hugh de, 210, 217, 387; Richard de, 140.
Montacute, William de, xlii, xliv, xlvii.
Montgomery, xiv, 296; Constable of, *see* Hugh de Audeley; Henry de, 202, 215; Philip de, 202, 215, 226; William, Chaplain of, 173.
Montford, Simon de, xii.
Mordiford, 149, 160, 330, 386, 387, 392.
More, 385; John de la, 115, 165; Raymond de la, 64; Robert de la, 385; William de la, 385.
Moreton, 326, 327; Prebend of, 389; William de, 233, 238.
Moreton Parva, 389.

Mortimer, ii, xii, xvi *n*, xxi, xxii, xxiii, xxv, xxvi, xxix, xxxii, xxxv, xl, xli, xlii, xliv, li; Edmund, ii *n*; Margaret de, 88; Roger de, i, ii *n*, xii *n*, xiii; xxiv, 90; Roger de, Lord of Chirk, 387; Roger de, Lord of Wigmore, 391; Walter de, 136.
Morton and Waddon, Prebend of, 117.
Mowbray, John xxi.
Moyle, Richard, 252, 253.
Much Dewchurch, 388.
Much Marcle, xxxvii, 285 *n*, 393; Roger de, 227.
Muleton, xiv.
Munede, John de la, 392; Philip de la, 145.
Munsley, 225
Munslow, 299, 300, 304, 322, 388, 390; Reginald de, 75, 137, 149, 188, 233, 245.
Murimouth, Adam de, iii, iv, vii *n*, xxii, l, 36, 77, 109, 123, 124, 130, 186 189, 205, 220, 279, 392,

Naples, xlix.
Neen Savage, 386.
Neen Sollars, 391.
Neenton, 386.
Newcastle-on-Tyne, xiii, 121.
Newent, xxiii *n*, 82; Prior of, 27; John de, 257.
Newgate, xli.
Newnham-on-Severn, 82, 225.
Newland, 319.
Newport, xxi.
Nonnington, Prebend of, 388; Richard de, 123, 124.
Norfolk, Thomas Earl of, 385.
Northampton, Abbess and Convent of St. Mary des Prés, 343, 344; Archdeacon of, 76, 344, 345; *see also* Gilbert de Middleton.
Northburgh, Roger de, 56, 57.
Northgrave, John de, 283; William de, 283.
Norton, Prebend of, 389; Stephen de, 329, 332.
Northwich, Robert de, 333.
Norwich, Bishop of (William de Aremyne), iv *n*, xxxvi *n*, xxxvii, xlvi, 127, 137; (John Salmon) ix, xviii.
Nottingham, xi, xv, 14, 16.
Nubbleye, John de, 343, 345.

Ocle Pychard, 134, 385.
Oldbury, 390, 392; William de, 387.
Ombresleye, Adam de, 389.
Orcop, 62.
Orleans, ii.
Orleton, Adam de, Bishop of Winchester, xliv; Bishop of Worcester, xliii; 377; Henry de, ii; John de, ii, x, xi, xxviii, 41, 137, 176, 242, 375, 376 *n*, 386, 387, 388, 389; John de fonte de, 81; Manor of, i *n*, ii; Nicholas de, ii *n*; Reginald de, ii, vii; Richard de, ii; Roger de, 60; Thomas de, ii, xi, xxviii, 6, 8, 16, 41, 59, 60, 68, 102, 255, 386, 387; William de, ii.
Osney, Abbot and Convent of, 211.
Ostia, Cardinal Bishop of (Nicholas Albertini), xi, 120
Otho, Papal Legate, 116.
Ottobon, Papal Legate, 111, 117.
Overton, Peter de, 386.
Oxford, ii, xxxv, xxxvi, xlv, 75, 106 *n*, 391, 392; Merton Hall, 350; University of, vi; Chancellor of, 294.
Oxyndon, John de, 37, 386.

Panely, Richard de, 296.

Papal Court, iv, v, vii, xi, xxix, xli, xlix, 36, 77, 79, 120.
Paris, ii, xxxi.
Pasquin, Antonin, 335.
Pateta, Robert de, 125, 251.
Patney, Dio. Salisbury, 315.
Pauli, Dr. xlviii *n*.
Paunceforte, Emeric, 117.
Pauntley, 82.
Pecche, John, 391.
Pedwardine, Brian de, 266.
Pel, Cardinal, ix.
Pembridge, 364, 365; Fulk de, 323; Thomas de, 237, 241, 275, 279; W. de, 294, 295 *n*; William, Chaplain of, 311.
Pembroke, Aymer de Valence, Earl of Pembroke, ix, xii, xvii, xxii, li, 121, 122, 199, 391, 392.
Pencombe, Walter de, 146.
Penk, Walter, 185
Perigord, Seneschal of, 335.
Persfield, Robert de, 385
Pershore, J. de, 101.
Pet, Robert, 390.
Peterchurch, 388, 389.
Petit, R., 197.
Petrarch, vi *n*.
Philip IV (Phillipe-le-Bel), iv, viii, xv.
Philip V, xxxiii.
Philip VI, xliv.
Philip ap Howel, 366.
Picheforde, Geoffrey de, 391.
Pichard, Thomas, 92, 94, 98, 103, 107.
Pion Parva, 56 *n*.
Piris, William de, 32.
Piriton, William de, 385.
Pixley William, Rector of, 392.
Plokenet, Alan de, *see* Kilpeck, Lord of; Lady Sibilla, 260.
Poer, Reginald le, 250.
Poitiers, iv.
Pomfret, xxv.
Pontesbury, 390; Dean of, 180; Portionists of, 96, 387.
Ponthieu, xv *n*.
Pope, the, *see* Benedict XII, Boniface VIII, Clement V, Gregory X, John XXII, Urban VI.
Pope's Penitentiary, *see* Tusculum, Bishop of.
Porter, Ralph le, 391.
Portington, Thomas de, 155, 188.
Poul, William, 318, 348.
Portsmouth, xxxiv.
Pratum majus, Prebend of, 389.
Preaching Friars, 220, 249; Provincial Prior of, *see* John de Bristol.
Prebenda Episcopi, 386.
Prestbury, 98.
Preston, Prebend of, 386; Thomas de, 209, 372.
Preston-on-Wye, 365.
Putson Minor, Prebend of, 102.
Pureton, Richard de, 389.

Quappelade, Alexander de, 7, 329.
Queen, the, *see* Isabella.

Radenhalle, J. de, 353.
Radnor, xxxiv, 88; John de, 280, 329.
Ralph the Hermit, 323.
Ramsey, Abbey and Convent of, 125.
Ravenhal, John de, 174.
Reading, Abbey of, 359; Abbot of, 7; Abbot and Convent of, 365, 389; Robert of, xxiii *n*, l, li; St. Giles, 365; St. Mary, 350, 352.
Red Castle, xxiii.
Rees, John, 98, 113, 153, 223, 242, 254, 277, 387, 392; Richard ap, 229; William ap, 229.
Regio, Bartholomew de, 75.
Reigate, Gilbert de, 200.

Renaud, Walter, 385.
Revel, John, xxviii *n*.
Reynolds, Walter, *see* Canterbury, Archbishop of.
Ribbesford, 385; Henry de, 385.
Rich, Edmund, xix.
Richard's Castle, 266, 385, 391.
Ridel, Luke de, 386.
Risborough, 7.
Rochester, Bishop of (Hamo de Hethe), xxxiii, xxxviii *n*; Bishopric of, xv *n*.
Rock, xxii, 181, 214, 330, 391.
Roculf, Alice, 197; Dionisia, 284; Robert, 284; William, 197.
Rode, William, 387, *n*, 390.
Ros, John de, 60, 279.
Rosamound, manor of, xl.
Ross, xxvi, xxviii, xxx, 42, 122, 285, 297; Dean of, 285, 307, 308; Deanery of, 68; Manor of, 227, 231.
Rostele, William de, 163.
Rotherfield, Northants, iv *n*.
Round, J. Horace, i *n*.
Rowton, Thomas de, 183.
Roys, John le, 34.
Rudford, 64.
Rudham, Alan de, 372, 387, 391; Geoffrey de, 390; Godfrey de, 196, 385.
Runcevilla, Ralph de, 132.
Rushbury, Philip, Rector of, 296.
Russell, William, *see* Fownhope, William de.
Ruwardine, Chaplain of, 238, 275.

Sabinum, Bishop of, 134.
Sagon, Ralph, 387.
St. Alban's xxi; Abbot of (Hugh de Eversden), xiii.
St. Asaph, Bishop of (David ap Blethin), xv *n*, 280; Deanery of, 71.
St. David, Bishop of (David Martin), xx, 88, 266.
St. Guthlac, xix, xx; Prior of, 277, *see also* William de Irby; Prior and Monks of, 199.
St. John, Edward de, xxxvi *n*; John de, xxxvi *n*.
St. Mawgan-in-Cury, Dio. Exeter, 123.
St. Omer, Thomas de, 386 *n*.
St. Peter's in Stradel, *see* Peterchurch.
St. Priest, Dio. Agen, France, 334, 335.
St. Weonard's, Chapel of, 386.
Salisbury, xliv; Bishop of (Roger de Mortevallis), 22, 149, 158, 181, 201, 314, 315, 318, 345, 348, 350, 353, 359, 365, 370; Canon of, 56.
Salop, Archdeacon of, 19, 21, 33, 41, *see also* John de Ross.
Sandwich, Hamo de, 96, 102, 116, 118, 182, 386.
Sanquennia, William de, 213.
Sapity, Andrew, 77.
Sapy, 392; Little, 385; Upper, 385.
Savage, Nicholas, 393.
Saym, John, 37.
Scelwicke, Ralph de, 127.
Scheynestone, William de, 233, 238.
Schorne, Henry de, 26, 32, 57, 60, 62, 66, 122, 153, 201, 374, 386.
Sellack, 243.
Sens, 125.
Sete, Roger de la, 386.
Sethechesford, Gilbert de, 29, 35, 37.
Seynesbury, Robert de, 390.
Sharfield (Sarnesfield), 113.
Shepedon, William de, xxiv *n*.
Sherburn, xxi; John de, 40.
Shinfield, Dio. Salisbury, xviii *n*, xx, xxvi, xxviii *n*, xxx, 60 *n*, 149, 158, 162, 181, 201, 202, 265, 318, 345, 348, 353, 354, 370; John, Vicar of, 329.
Shobdon, 365; Walter de, 63.
Shawardine, 332, 333.
Shrewsbury, xxiii; Convent of, 70; Abbot and Convent of, 222, 386, 387, 389; Ralph de, 96; Roger of, 173.

Shropshire, Archdeacon of, 21, 33, 41, 53; Sheriff of, 182.
Sidenhall, Richard de, 60, 63, 66, 74, 81, 85, 86, 95, 127, 144, 145, 157, 181, 184.
Silvington, 122, 391.
Skeynton, John de, 96.
Snelleston, Ralph de, 387, 391.
Soliers, Roger, 391.
Southwark, Prior of, 362, 366.
Stamford, xlvi.
Stapleton John de, 386.
Staunton, 392; Sir Henry, xxvi; Rector of, 3, 97; Richard de, 364, 365.
Staunton-on-Arrow, 365.
Staunton (Forest of Dean), 367, 390.
Steymor, John de, 393.
Stockton, Hamond de, 371; William de, 74.
Stoke, Nicholas de, 387 *n*; Richard de, 224, 244, 263.
Stoke Bliss, 389.
Stottesden, 182, 356, 386, 387, 389; Dean of, 222; Hamo, Vicar of, 222.
Stretton, 39, 117 *n*, 391; J. de, 33, 332, 333, 392; William de, 60, 66, 265, 385, 390, 393.
Stretton (by Wenlock), 387.
Strimonium, Archibshop of, xlv *n*.
Stubbs, Bishop, i *n*, xlviii, li.
Suede, Thomas de, 172.
Sugwas, xiv.
Sutton-next-Shrewsbury, 390.
Sutton, William Cok de, 392.
Swalefield, Dio. Salisbury, 348.
Swinbrook, Knight of, *see* De la Moore.
Swinfield, John de, 104; Richard de, *see* Bishop of Hereford.
Swyneye, William de, 391.
Sywell, 37.
Talbot, Gilbert, xxiii, xxiv *n*; John, 332 389 *n*; Richard, xxiv *n*, 266, 330, 331, 348, 388, 389; Thomas, 92, 386.
Taleriis, Peter de, 31.
Tamworth, 92.
Taneth, Stephen de, 14, 26, 37.
Tarrington, Vicar of, 145.
Taynton, 155, 188.
Tedstone Delamere, 390.
Teffont, Thomas de, 78.
Templars, the, ix, 296.
Templebery, Stephen de, 393.
Testa, Cardinal de, 77.
Tewkesbury, xxxi.
Thame, Dio. Lincoln, xiv, 14, 16, 21.
Thompson, Sir E. Maunde, xlviii *n*.
Thonglonde, 5, 389.
Thormerton, Walter de, 134, 385.
Thunneyk, William de, 8, 25, 364, 390.
Tidenham, 179; Nicholas, Vicar of, 82; Vicar of, 97.
Tidrinton, Dio. Worcester, x, 176, 376.
Tifford, James de, 248, 267, 388.
Tille, Roger, 178, 392.
Tilton, Matthew de, 199.
Tintern, 185, 287; Abbot and Convent of, 82, 256 389.
Titley, Prior of, 323.
Toky, Richard, 64; William de, 203, 267, 387, 387 *n*.
Toucester, John de, xxviii *n*, 323.
Tretire, 388.
Treville, Alexander de, 183; Baldwin de, 183.
Trilleck, Ely de, 388; John de, xli *n*, xlvii *n*, 242, 350 *n*, 376, 387, 389; Thomas de, xli, xlvii *n*, 381, 389.
Tristram, Bishop's Marshal, xxiv *n*.
Tugford, 390.
Tusculum, Bishop of (Berengarius), 110, 116, 117, 131, 132, 213, 255.
Twysden, xlv.
Tyberton, Nicholas de, 82.

Undele, John de, 172.
Upton, 265 ; John de, 385 ; manor of, xxvi, 227, 231.
Upton Cressett, 385, 390, 393.
Urban VI, Pope, vi *n*.

Valenciennes, xlii.
Valle Crucis, Monastery of, 297.
Varisio, Tldo de, 354.
Vassur, Peter de, 125.
Vernon, Richard de, xiv, 31, 43, 59, 67, 76, 92, 95, 106, 107, 108, 109, 112, 115, 118, 119, 124, 130, 133, 138, 140, 145, 173, 178, 180, 200, 205, 216, 229, 230, 237, 239, 241, 243, 251, 267, 302, 307, 308, 385 ; *see also* Hereford, Official of.
Vienne, Council of, v, 2.
Vonnare, Robert Fitzrobert de, 209.

Walewere, John de, 256.
Walford, 174.
Wallingford, xxxvii, xlv.
Wallington. Roger de, xv *n*, 132.
Walwyn, John, 88, 220, 228 *n*, 390.
Waleys, Philip de, 220.
Wandestre, Prebend of, v.
Wanstrow, Dio. Wells, 64 ; Robert, Rector of, 242.
Warfield, Dio. Salisbury, 370.
Warham, J. de, 339.
Webbe, Thomas le, 267.
Welby, Dio. Lincoln' 155, 188.
Wellington, Prebend of, 127, 137, 385, 386, 389.
Wells, Dean of, *see* J. de Godele ; Dean and Chapter of, v, li *n* ; Prebend of, v, xi, xli.
Wengham, William de, 32.
Wenlock, 386 ; Geoffrey de, 169 ; Prior of, 15 ; Prior and Convent of, 34, 272, 281, 282, 375, 386, 388.
Weobley, 339, 346 ; Richard de, 388 ; Warine de, 346.
Werham-by-Hereford, 284.
Westbury-on-Severn, 229, 233, 266, 311, 390.
Westbury, near Shrewsbury, Portionists of, 180, 184.
Westminster, vi, xiv, xxvi, xxxiv, xxxvii, xxxviii, 309, 327.
Weston Beggard, 388.
Weston, John de, 100 ; Philip de, 144 ; Robert de, 333 ; Thomas de, 198, 386, 392.
While, 392, 393.
Whitbourne, xxi *n*, 96, 102, 117, 127, 184.
Whitchurch, 121 ; H. Rector of, 391.
Whitney, 351, 352, 393.
Wigmore, xvi, xxiii, xxix, 92, 197 ; Abbot of, xvii, 53, 55, 90, 91, 92, 100 ; Abbot and Convent of, 19, 21, 44, 85, 91, 146, 233, 386 ; Canons of, 99 ; Earl of, *see* Mortimer.
Wigton, William de, 245.
Willen, Dio. Lincoln, 372.
Willerby, 127.
Willersley, 387 390.
Willey, 272, 278, 281, 388.
William the Clerk, 386.
Wimbledon, Thomas of, 7.
Winchcombe, 262.
Winchester, xxxii, xxxiv, xlvi ; Bishop of (Rigaud de Asserio), 52 ; (Adam de Orleton) xliii, xliv, xlvi ; (John de Stratford) xiii, xxx, xxxv *n*, xxxvi *n*, xxxvii, xxxviii, xxxix, xl, xlii, xliii, xliv, xlvi, 277, 325 ; St. Mary's Convent, 52.
Windsor, 46 ; Ralph de, 376, 379, 380.
Winewood, William de, 166.
Winkfield, Dio. Salisbury, 318, 348, 353, 354, 370.
Winston-by-Newton, 284.
Wisteston, 265.

Withington, 51 ; Stephen of, 302, 361.
Wittre, Robert de, 268.
Wode, William de la, 387.
Woderove, Richard, 389
Wolastone, 389.
Wolferlow, 128, 133, 176, 352.
Wootton Rivers, Dio. Salisbury, 314.
Worcester, ii *n*, xx, xxii, xxxi, xliv, 285 ; Archdeacon of, *see* Richard de Elsfield ; Bishops of (Thomas Cobham), iv *n*, vii, xi, xlii, l, 64, 94, 98, 108, 109, 176, 233, 251, 285, 306, 346, 356, 357, 378 *n* ; 389 *n* ; (William Maidstone) l *n*, 377, 378 *n* ; (Adam de Orleton), xli *n*, xliii, 377, 378, 379, 380, 381 ; (Walter Reynolds) v ; John de, 254 ; Prior of, *see* Wulstan de Bransford ; Prior and Convent of, 386.
Wormbridge, 342.
Wormsley, 329, 339 ; Prior of, xvii, 50, 59, 90, 93, 94.
Wotton-juxta-Wyngeswode, iii, xi.
Wrotham, John de, 293, 364
Wroxeter, Dio. Lichfield, 248.
Wychyndon, Thomas de, xxviii *n*.
Wycteney, Baldwin de, x.
Wygintone, William de, 233.
Wyke, William de, 176, 386.
Wyne, Dionisia la, 284 ; John le, 284 ; William de, 184, 265, 386.
Wytton, Richard de, 391.

Yarkhill, 324, 386.
Yatton, Somerset, xli *n*.
Yonge, Hugo de, 385.
York, xxv, xxvi, xliii, 226 *n* 231, 387 *n* ; Archbishops of (W. de Greenfield), vi ; (W. de Melton) xviii, xxvii, xxxiii, xxxvii, xl, li.
Yweyn, Nicholas, *see* Iweyn.

Zousche, William la, xxxvi *n*.

The Canterbury and York Society.

GENERAL EDITOR: REV. F. N. DAVIS.

DIOCESE OF HEREFORD.

CANTERBURY AND YORK SERIES.—VOL. V.

Registrum Ade de Orleton,

EPISCOPI HEREFORDENSIS,

A.D. MCCCXVII—MCCCXXVII.

TRANSCRIBED AND EDITED,

WITH AN INTRODUCTION,

BY THE

REV. A. T. BANNISTER, M.A.,

Vicar of Ewyas Harold.

London:

ISSUED FOR THE CANTERBURY AND YORK SOCIETY

AT 124, CHANCERY LANE.

MDCCCCVIII.

PREFACE.

THE Editor wishes to acknowledge with grateful thanks the assistance which he has received from Miss K. S. Martin in transcribing the Register; from Miss F. L. MacLeod, who has compiled the Index; and from Canon Capes, General Editor of the Cantilupe Society's publications, whose kind help and advice have been constantly sought and freely given. To Canon Capes is mainly owing whatever degree of accuracy has been reached in the text of the Register. He has generously bestowed more time and thought upon another's work than most men devote to their own.

CONTENTS.

PAGE.

INTRODUCTION ... ... i-li

REGISTRUM ADE DE ORLETON 1

APPENDIX 385

INDEX TO THE REGISTER 394

ERRATA 411

ERRATA.

Page	v.	Line	34	read	"Wanstrow"	for	"Wandestre"
,,	x.	,,	4	,,	"Tredington"	,,	"Tridrinton"
,,	xxvii.	,,	23	,,	"nimis"	,,	"nimus"
,,	xxxi.	,,	25	,,	"Drokensford"	,,	"Stratford"
,,	xxxi.	,,	27	,,	"into favour"	,,	"their temporalities."
,,	l.	,,	37	,,	"Walter de Maidstone"	for	"William de Maidstone"
,,	42	,,	19	,,	"manipulum, amictum"	for	"manipulum amictum"
,,	64	,,	2	,,	"Wanstrow"	for	"Wanstron"
,,	75	,,	9	,,	"Godstow"	,,	"Gloucester"
,,	90	,,	6	,,	"1318"	,,	"1319"
,,	91	,,	1	,,	,,	,,	,,
,,	92	,,	1	,,	,,	,,	,,
,,	92	,,	31	insert "A.D. 1319" in margin.			
,,	161	,,	1	read	"vera"	for	"veria"
,,	198	,,	13	,,	"Bampton"	,,	"Brampton"
,,	238	,,	12	,,	"Ruwardyn"	,,	"Luwardyn"
,,	313	,,	34	,,	"ad"	,,	"at"

The ...terbury and York Society.

Established 1904, *for Printing Bishops' Registers and other Ecclesiastical Records.*

Joint-Presidents.

His Grace The ARCHBISHOP OF CANTERBURY.
His Grace The ARCHBISHOP OF YORK.

Vice-Presidents.

His Grace The DUKE OF PORTLAND, K.G.
The Right Rev. The BISHOP OF BRISTOL.
The Right Rev. The BISHOP OF LICHFIELD.
The Right Rev. The BISHOP OF PETERBOROUGH.
The Right Rev. The BISHOP OF SALISBURY.
The Right Rev. The BISHOP OF SALFORD.
The Right Hon. LORD GEORGE HAMILTON.
The Hon. Mr. JUSTICE JOYCE.
Sir H. C. MAXWELL LYTE, K.C.B.
Sir JOHN GRAY HILL.

Council.

HERBERT CHITTY, Esq., M.A.
Rev. J. CHARLES COX, LL.D., F.S.A.*
Rev. W. H. FRERE, M.A.
E. A. FRY, Esq.
Right Rev. ABBOT GASQUET, D.D.
Rev. H. GEE, D.D., F.S.A.
EVERARD GREEN, Esq., F.S.A.
Rev. Preb. HINGESTON-RANDOLPH, M.A.
C. JOHNSON, Esq., M.A.*
W. A. LINDSAY, Esq., K.C.
Rev. R. M. SERJEANTSON, M.A., F.S.A.
J. W. WILLIS-BUND, Esq., M.A., F.S.A.

* Member of Editorial Committee.

Hon. General Editor.

Rev. F. N. DAVIS, B.A., B. LITT.

Hon. Treasurer.

F. G. HILTON PRICE, Esq., Director, Society of Antiquaries.

Hon. Secretaries.

W. P. W. PHILLIMORE, Esq., M.A., B.C.L., and JOHN SADLER, Esq.

The Annual Subscription, *One Guinea*, is due on the 1st July in each year; and may be paid by a banker's order to—

Messrs. CHILD & Co.,
1, Fleet Street, London, E.C.

All communications respecting the Society should be addressed to—

The HON. SECRETARIES,
The Canterbury and York Society,
124, Chancery Lane, London.

HECKMAN
BINDERY INC.
OCT 93
N. MANCHESTER,
INDIANA 46962